MANUSC. DE
MEDECINE

De febris Essentia c. 1.

Alteram thoracis affectuum partem constituit
simplices febris ut enim praeceptor lib. de flat. febrem
vocat νόσημα κοινότατον, partim quod ὁλοσχερίαν
corporis corporis occupat, partim quod magnos et
acutos morbos comitetur, partim denique quod omnia
aetatis, temporis, regionis et tria cuncta affectio consistat
tum cordi tum parti continuae denique proprium et pri-
marium morbum dici oportere satis docuit Gal. l.
1° de diff. febrium c. 3. ubi febris definitur calor
praeternaturam in corde accensus ut sequenti cap. fusius a
nobis demonstrabitur in febris a. etiam facile pro
videmus et quasi manu ducimur ex ipsius nominis
notat. πυρετὸς siquidem ἀπὸ τοῦ πυρὸς quod
ignem sit graecis, ut febris a fervore Latinis
quod etiam ἐν θερμασίᾳ πυρώδει etiam Gal. in
Gal. comm. ad partic. 8. l. 3 de fracturis sive
Hipp. l. 1° de glandulis et 2° de morborum
causis et saepissime in dist. l. 1 et l. 3 c. 2° epid. fe-
brem πῦρ nuncupari propter vehementem calorem ut
notat Gal. in comm. ut enim summus est et acerbus
in igne calor sic febris calidos affectus calidos
vehementia et acrimonia caloris unicus superat
itaque com. ad aph. 6. l. 1° et ad part. 18. l. 1° lib.
de victu in acutis febrem ait commodissime de calidi
nativi caloris in ignem ... notat cuiusque partis
incendium generalem febris nuncupari sit quomodo
Avicenna l. 3° et alii quidam practici ...

febrem

febrem omni appellant, ipse tum de medicina l. 4. statim
initio febris speculatiue & accuratiue describitur mo-
do febris calor est praeternaturalis, in corde accensus, indeque
per venas & arterias cum sanguine & spiritu per vniuer-
sum corpus diffusus, naturales actiones laedens. Satis
erat dicere calorem igneum a corde in reliquum cor-
pus diffusum. Cuius definitionis particulas
deinceps explicabimus quae sc. febris essentiam,
subiectum & effectum comprehendere videntur.

Quod ad 1um attinet iam diximus essentiam in calore
praeter naturam s. in quo calidi intemperies positam esse
docet Gal. l. 6. de diff. febrium c. 1. et de
diff. morborum c. 5. sed an febrilis calor idem
numero cum nativo, sola graduum accessio et decessio
distinctus an specie diversus non abre controvertitur.
Gal. 7. meth. c. 8. et Com. ad part. 25um s.
4a l. 6. epid. libello adversus Lycum et aliis passim
duplicem esse multo diff. calorem [illegible] statuens
videlicet unum ἔμφυτον καὶ οἰκεῖον i. nativum
et familiarem, caelesti analogum, substantiam [illegible]
[illegible] quem l. 8. de decret. c. 7. et 1 aph.
14um l. 1 actionum omnium autorem statuit. Alterum
vero ὀθνεῖον ἐπίκτητον καὶ δακνώδη i. adventitium,
acquisitum & mordacem & acrem, qua putrefacien-
tem et corrumpentem. Unde colligi potest tantum inter
utrumque calorem discrimen intercedere quantum inter sani-
tatem et morbum, principium & interitum inter se [illegible]
unus sc. servator, alter vero vastator et destructor.

Unanimiter cum usu refragantium febrilis
calor [illegible] ad nativum mediocritatem paulatim
traduratur quia non video [illegible] de calorem
febrilem

febrilem cum calore nativo, idq. solarat non autem
re ipsa discrepare, p certe Gal. ita concludisse vi-
detur cum febrem definivit mutatum caloris na-
tivi in igneum quasi diceret eundem esse calorem
qui ex temperato intemperatus ex mediocri exsuperans
ex humido siccus est redditus sicq. unius ejusdem
calor diversa ratione valeat p praeter naturam amicus
p hostilis nuncupatur, prout temperiem servat vel
ab ea recedit, sic caloris non sola qualitas illigenda
evasse et praesertim qui febrilem calorem corporis
aliquid esse putant decepti nobis Gal. apud quem
saepe legimus febris substantiam in qua caloris praeter
te naturam sed substantiam cum dicis, ostiam illigi-
cum ea febrilis calor sit igneus non est simplex
et solitarius sed cum siccitate conjunctus unde
Gal. introducem ut aps. 16. l. 1. de sanitate tuen-
da c. 1. febrem definit intemperiem calidam siccam,
quod dum spectaret praeceptor victum humidum
utilem febricitantibus omnibus esse asseruit aps. xbi
l. 1. sicq. qualitatem dubiam expressit, certam p omnibus
notam subticuit: saepe enim in febris definitione sicci-
tas non exprimitur tamen quod facile illigitur tum
quod calor magis exsuperat p potentiusque agit.
Lebantes saec de febrili calore disputatum conclu-
dendum nisi doctissimus quibusdam viris placebat
credentem eum ipsum q. est semper p modo praeterna-
turam p supra mediocritatem caloris nativi, non
tamen semper igneum: cum et ut est quaedam proprietas
inexplicabilis nativi caloris per quam val sartum

utrumq

tuetur quod ab ipsimet modicè proficiscitur, sic in febribus plerisque praesertim pestilentibus calor praeter naturam potius agit ignota vi quam caloris intentione que sensu manifesto. Unde febris hominibus praesertim decrepitis quibus calor nativus sic elanguet ut iam propemodum nullus sit atque ut vulgus loquitur ad 9 gradum remissus febris adeo in calore remissa videtur ut leviter adurunt ut nullo modo igneum et febrilem calorem sapiant a quibus tamen licet moderatissimis ad interitum ducuntur. Denique hic tempore igneus esse et calor, quicunque ab eo procedere dicitur in ignem converti et converti febri necesse esse. Sed falsa est haec consecutio: nam neque vis mea in igneum cineres, lignorum instar converti apta est, nec igneum idem est quod ignis licet qualitates naturam plus minus redoleant, quia hominibus contingunt febres moderatae nuncupantur, non secus ac diaria respectu acutiorum, tamen hae tamen sunt igneae et secum viribus superiores acutiores, quibus vitam adimunt dispatio tantilli humoris primigenii, quo vita fovebatur. Denique prima objectio id tamen efficit, pestilentes febres occulta potius quam aperta qualitate vitali facultati bellum indicere, unde toti nostrae substantiae contraria perhibentur non inde tamen sequitur febrilem calorem non esse igneum. Magis urgere videntur qui Hipp. part. 29. s. 2. l. 1. epid. obijciunt, ubi febrium quasdam esse mites, alias ad tactum humidas asserit. Et Gal. in com. mites febres et suaviter febris calorem acutiorum comparat dicere assuevit, quae ante ad tactum sunt humidae et pituitosae, hoc subtili non a efficientia causa

rat

rão tales sunt.

Concludamus febrem etiam in calore praeter naturam ex igneo esse positam, s. a sola intensione s. specie à nali distinguatur non refert: cum inde medendi leges non immutentur./

De febris subjecto cap. 2dum.

Admiramur cum non in qualibet corporis sede calor ita praeter naturam accensus febris nomen promereatur sed tum ubi invaserit per arterias per domicilium tot corporis s. arteriae vivifici sive caloris influentia nimirum Cor, ibidemque stabulatur, per inde sic deductus in omnes aut saltem praecipuas corporis partes. vid. com. ad part. 20 s. 1. l. 6. quod. contraria iniquum posse nata sunt afficere idem subtum: Atqui Cor est fons et principium caloris nativi, ergo et febrilis caloris. Propterea febris cum sit calida totius corporis intemperies, functiones omnes interpellans, cuius partis propria affectio censeri debet, quae nulla aptior ad concipiendam flammam est aptissima, quae affecta et accensa reliquas una secum inflammare contagio afficit, quae denique ad omnium conservationem ita est necessaria, ut qua primo dissoluta reliquarum etiam principum partium functiones corruere necesse sit, quamque illaesa neminem mori contingit; Sed a est Cor, non hepar, non cerebrum, quae quamvis primum incalescere et inflammari, febrem tamen nunquam inferrent, donec per arterias partis afflictae calor ille cordi

Cordi coniciatur, unde deinceps cum vitali spiritu
per arterias influente in omne corpus refundatur.
Lege Gal. c. ad part. 23 vs. Darn l. de fractura
scripto de concursu symptomatum, qui fit consecutione
caloris profecti: solus igitur praeter naturam accedens
calor febrem proferre potest cum sic stabilitus et ob-
firmatus fuerit nec enim tum accidit calorem in
corde sed accensum esse oportet (ex l. 1 de diff. feb.
c. 2. ex 1. de feb. c. 3.) 1rio an sedario non refert
siquidem introdum in corde saepius extra cor febris
focus reperitur ut elligere licet ex 1o meth. c. 4o
cum enim certa in parte, ut in liene, mesenterio,
ventriculo sordes putridae unde vel in minera &c.
foco febris fumi ad cor assurgunt, quod frequentissimi
appulsu primum incalescit, mox concepto incendio, fe-
bris excitatur, quae reliquas deinde partibus
(nisi quid impediat) distribuitur, partim quibusdam
intermunciis spiritu et sanguine, partim sola conta-
gione per vicissitudinem alterans, ut per hecticas febres,
in quibus calorem fixum graviores affici fatentur
omnes, quam influentem; in caeteris contra influens
solus vel maxime aestuat; fixus enim si solito magis
incalescat propter continuum influentis concursum
magis tum ex parte naturam suam retinet, coquit,
assimilat, et tamen totum corpus nutrit, per minimas
rectè ut deinceps intelligetur. Caeterum ut febris
totum corpus occupare dicatur, satis est in pluri-
mas vel nobilissimas partes obsideat: ea namque
quae totum corpus regunt totius vicem obtinent ex

c.

c. ad part. 29. S. 1. C. 6. Epid. quaeratur Solutio —
obiectio de rigore in Epiala febre et Lypiria in
quibus licet partes externae frigeant, intimae tamen
excandescunt et febrili calore torrentur, qui foras
erat proditurus, nisi quid obsisteret. Ut in Epiala
et Lypiria febre particulari ratione docebitur.
Habemus ergo dictam 1ram subtilem febris de Cor.
Darum corpus visum.

De febris Effectu caput Tertium

Doctrina parte definitionis febris ab Avic.
tradita effectus continetur in actionum laesione natu-
ralium, vitalium et animalium: ut enim nativus calor fun-
ctionum omnium fautor est et conservator, sic non de-
minimum, si ex parte febris in suo fonte male affecto,
functiones quoque omnes interturbabuntur magis vel minus
pro ratione febrilis caloris, siquidem ubi levior fuerit
actiones ~~interturbat~~ duntaxat interpellat, ubi vehe-
mentior labefactat et corrumpit, atque si ad extremum
pervenerit omnino intercipit et mortem inducit, ut colli-
gere licet ex Hipp. doctrina, quae continetur part.
5a S. 5a C. 6. Epid. ergo per febres non tantum actio-
nes cordis vitalis et pulsifica sed etiam cerebri animalis, pul-
monis respiratio, stomachi appetentia, ventriculi et
iecoris coctio, lienis et renum secretio, intestinorum
et vesicae excretio, reliquarum quoque partium actiones
tam coctio publica quam privatae laeduntur,
quae ab Avic. naturales appellantur, tum quod homini
insunt secundum naturam, tum quod a calore nativo perfi-
ciuntur. Siquis obiiciat actiones quasdam interdum

a

a febre juvari, ut auditus vel etiam coitus et resolutus non ipse vel laedi. Verum fieri id pro ex accidenti sublatio n. per secundum et acutum calorem frigidorum horum impedimentum, ut in stupore paralysi, apoplexia, convulsione et colico dolore per febrem tum per contrarium remedium curantur et ex functione laesa reliqua est duo symptomatum genera n. excretorum retentorumque et qualitatum extra sensilium vitia in febribus vel ut quidam earum affectus proferuntur: nam alii excretio, urina, sudor praeterea vel copiosius vel male colorata vel olida ... color ex albo in rubrum, ex flavo in fuscum et ex ... in ... commutatur. Sapor ingratus linguam fuliginosam tinctam aut scabritie et asperitate inficit, multaque alia per febrem ... symptomata de quibus postea suo loco dicemus./

De febrium differentiis caput quartum

Nunc de febrium ... transigendum est. Prima et summa divisio constitui debet per quam febris essentialis est aut symptomatica ex 2° de crisibus c. 8°. Essentialis dicitur quae sine partis cujuspiam insigni affectione fit cujusmodi est solis inflammatio erysipelas, aut cum sani doloris acerbitas excitatur. Symptomatica s. ἐπιγενηματικὴ quae visceris aut externarum partium inflammationem aut putredinem quasi comes consequitur ex com. ad aph. 66. l. 4. quem com. ad aph. 75. ejusdem lib. et ad part. 4. s. 3. l. 1. et idem utique a veteribus febrem fuisse appellatam

utq

febris hæc
neq propria sunt signa neq peculiaria remedia, sed morbo
cui successit et a quo fomentum procurato, ut hepatitide
et pleuritide, dispareo evanescit, vicissimq permane-
nte perseverat affectus cum sua causa. itaq prætermissa
missa prima et essentiali febrium divisione persequamur.
Febrium aliæ sunt præcipuæ per maxime propriæ ab
ipsa febris essentia petitæ; aliæ minus præcipuæ ab
accidente aliquo desumptæ. ex Gal. l. 1. de diff. fe-
brium c. 1. et igitur febrium essentia consistit in calore
præcipuæ maxime hic ab illarum differentiæ sunt petendæ. In
calore autem considerantur hæc tria intentio gradus ejus
s. majoris minorisq ratione, tum motus, subjectum de-
nique s. materia in qua. quamobrem ex intentione caloris
febris dicitur magna vel præcipua, ubi remittitur vel re-
missa Hipp. mordax vel mitis: Ex ratione motus dicitur
febris intermittens et continua, quæ dividitur, ut biliosa
vel ὁμότονος, in qua calor æqualiter sibi perseverat,
aut febris acuta vel lenta: denique ex materia in qua fe-
brilis calor primum incenditur præcipua per ad usum medi-
corum accommodatissima divisio petitur. Ista autem
materia triplex est, subtilia ex qua corpus nostrum con-
stat et componitur, spiritus, humores et partes solidæ, quas
tria Hipp. 6. epid. s. 8. ἐνορμῶντα, ἐνεχόμενα et
ἴσχοντα nominat. Sed hanc triplicem hanc substantiam
elegantius comparamus solidam quam lebeti, humidam
aquæ in lebete contentæ, denique impetum facientem
s. spirituosum vapori ex aqua calente efflato. ex hoc igitur
triplici subjecto in quo febrilis calor excitatur triplex
oritur febrium differentia nascitur ~~et~~ Ephemera s. diaria
in febre cordis. secunda s. putrida, in eiusdem –
febris

Spiritus, et hectica in solidis eiusdem partibus et sic propagatio quaedam est in reliquas totius corporis partes, spiritus, succos et partes solidas dispositiones. Si quis obiiciat morbum omnem esse de solidis partibus duntaxat solidis ut proprio subiecto inhaerere ut dictatum est in pathol. ad definitionem morbi, nullam esse febrem in spiritu aut succis consistere. Videmus febrem omnem solidas cordis substantias tamen soli vindicari inter doctos, sed non eodem modo: alias enim per se immediate per contrariae cordi insidet ut hectica, aliae leviter tamen per eadem ardentes per coniunctas spiritus sic et succis quibus renovatur febris ipsa licet cum sit in corde relatum. Vide Gal. 8o meth. c. 1. duplicem statuit febrem χετικήν unam, quae partim gignitur, partim est genita, ut diaria: alteram ἑκτικήν, quae iam facta est et firmiter fixa difficile solvitur: at illa facile. Itaque subiectum febris est universum febrile a caloris multiplex. In omni febre subiecta incalescit et accenditur, non tamen semper incalescit per accensa est. Denique unum est in febribus duntaxat subiectum in discriminata varium per multiplex attribuitur. Quia calor febrilis sit in aliquo ex his tribus accenso ex quibus subiecta spirituosa omnium quae tenuissima facillime alteratur aqueus sui solida, solida difficillime, humida medio inter. Itaque modo ut tamen in gravi febris ordo praeposterus, in assiduis incipiat aliquando est succis primum humidis, aliquando partes solidas pro ingenio aut illarum ad febrem suscipiendam major aut minor est dispositio: nonnunquam postremi spiritus febre percelluntur. Caeterum cor illius cor est ut ab uno eorum excitata febris in alia

duo

duo scripsi per transfiguratio usi aut robore naturae aut ar-
tis opera febrilis impetus retardetur quamvis a
febricula quae 1a incaluit, caetera incaluisse ut dicitur spiritus
progressu ardorem excipiunt, sicque saepius ab una febris
specie in aliam transitur: sed dum febris una in aliam tra-
transmittitur, gravior initio ea maxime observare. Si in duas
febres desinat insignes et periculosas, utrisque notis retinde-
tur quomodo Gal. in methodi scribit putridam cum
hectica saepe comparari. Jam vero tria haec febrium
genera in suas quaeque species dividuntur: nam ephemera
pro ratione triplicis spiritus, triplex quibusdam videtur:
1a cum spiritus animalis vigiliis inflammatur: 2a cum
vitalis, ut iracundia. 3a naturalis ob obstructionem
vel aliquo calidiori. Alii in tot species dividunt quot sunt
genera causarum efficientium: alii ratione temporis in exquisi-
tam et productam. Exquisita est quae diem unum, scilicet spa-
tium 24 horarum non superat. Producta quae ad
3am aut etiam 4am diem extenditur. Hectica, quae febri
semper a Gal. putrida annumeratur, varie a variis
dividitur: sed in perturbata vel confusa divisione ita
videtur reliqua praetermissa Galenum possidemus,
quae ex diverso situ atque motu putredinis haec febris
haec continua est aut intermittens cum diaria et
hectica sint hic continuae, interpolatae quotidiana, tertiana

Continua febris graecis συνεχής definitur a
Gal. l. 2o de crisibus c. 6, quae ad integritatem usque
nunquam solvatur aut desinit, etsi remissio aliqua
sensu perspicua apparere videatur. Cujus duae sunt
species σύνοχος et συνεχής quod sui nominis non ita Gal.
2o de febr. c. 2o continuarum igitur genus duplex
est: unum quidem quae σύνοχοι i. continentes
appellantur

appellantur quarum tempore tota una est accessio a
principio ad finem usque alterum earum quae con[tinuae] sunt ambi-
guo nomine continua συνεχὴς dicitur, pro multis parti-
cularibus circuitionibus praecedentibus quibus
συνοχον definire licet febrem continuam nullis
distinctam reduplicationibus licet non sit simplex sed triplex
quae dicta statuatur tum loco praedicto tum 4° me-
thodi c. 3. 1a est de ὁμότονος s. ἀκμαστικὴ cum
febris sibi aequalis similisque toto curriculo perse-
verat, nec crescens nec decrescens. 2a ἐπακμαστι-
κὴ quae a mediocribus profecta initiis ad majo-
ra progreditur semper incrementi. 3a παρακμαστικὴ
quae ab initio ad finem semper et sensim decrescit.
Rursus cum sanguinis συνοχος habetur febris quae
febris alia citra putredinem inflammatur, alia
concepta putredine synochus dicitur in specie s. non putri-
dam atque putridam distinguitur, sed priorem inter febres
ἐφημέρους Gal. collocavit l. 9. meth. med. 1. 2. et
4°. Altera febris continua, sive quae neque remittit,
triplex est pituitosa biliosa et quod raro accidit melancholica
quarum unica quae est ab initio ad finem accessio et om-
nium continuarum, sed tamen in illa accessio perpetua mu-
tatis observantur insignes pro quae novae accessiones
praecedentes videntur quamquam accessiones non sunt, sed
duntaxat exacerbationes pro quadam febris reduplicatae
pro similitudine in quo accidentur motu. Sic pituitosa
tota quotidie; biliosa 3°; melancholica 4° quoque die exa-
cerbatur, unde continua quotidiana vel 3na vel
4na dicitur. Aliae continuae febris divisiones [illegible]

libelli

libellu com. ad part. 29. s. 1o. l. 6. et quid p ad aph. 42. l. 7. /

Intermittentes febres definit Val. l. 2. feb. c. 1. quae ad perfectam integritatem seu τὴν ἀπυρεξίαν producuntur per definitos circuitus dierum statim. Quotidianam a pituita extra magna vasa putrente, tertianam a bile, 4anam a succo melancolico, tertianam quibus adduntur ab Hipp. part 2a. s. 3a. l. 1. et quid. 5a, 7a, 9a, quae tamen dicebat dari ponderat, cum nulli scis 5o, 7o, vel 9o die moriantur.

Restat 3um febrium hoc est nempe hectica sic dicta quod solidas corporis partes per totius corporis ambitum quodam ἕξιν appellant occupet, cujus tres sunt gradus potius quam status, Incipiens, nondum confirmata: ut enim ignis in lampade accensus in 1o affusum oleum populatur: deinde id quo ellychnium imbuitur, tandem ellychnii ipsius substantiam comburit, sic febrilis calor in solidis partibus accensus 1um humidum alimentarium solidis modo praeparatum dispergit, mox radicale, tandem solidam substantiam depascitur, tum hectica marasmodes nuncupatur. alii hae sunt febrium val. nostri febrium divisiones praecipuae, quae est contractior per paucis compleeti licebit hoc pacto. /

Febrium rationem subiti triplex est ordo diversa in febribus sunt febris ephemera, in quibus per hectica in corporis ambitu, 1a est humoralis in quibus humor magis est ejusmodi, ultima quoque nos in ipsi solum magis ejusmodi. Putredis humoralis, quae pro humorum diversitate distinguitur in sanguineam quae synochus appellatur, pituitosam, quae quotidianam parit, biliosam, quae 3nam, melancolicam, quae 4nam. Quarum unaquaeque si in vasis majoribus putrescat

continuam

continuam, si in minoribus aut extra vasa inter-
mittentibus aut interpolatam febrem committit. Hipp. 6
Epid. s. 1. part. 29. febres pro caloris varietate sic dicta
sunt. febrium quaedam ad manum sunt δακνώδεις id est mor
daces, ut biliosa; quaedam ἠπίως mites id est minus
mordaces et diaria quaedam non quidem mordaces sed post
insurgentes, ut pituitosa, uti[cal] pro quaedam pestilen-
tes; quaedam vero acutae, sed quasi sub manum vincuntur,
ut 3na ex Paul. Aegin. l. 2. c. 15°: aliae statim exar
descunt, ut Causi aestivi et συνοχοὶ ὀρθότονοι: aliae
semper pusilla, ut quaedam diaria, epiala et nonne
nullae pestilentes; quibus correpti aegre se parte febricitare
non dicunt: aliae ad manum humida, ut pituitosa; aliae
~~ad pruritum aut morsum sal~~ sicca, ut hectica; quaedam
salsa, aut quod a pituita salsa excitentur, aut potius
quod pruritum aut morsum, salis instar, inferant, et
cuti aegrotantis, aut manum tangentis, quae quae-
dam sensus dolorem: aliae inflatae, asperitatem quandam sub
maligna quaedam pestilentes, denique quaedam sunt
rubrae aliae subpallidae aut lividae pro varietate hu
morum. Caeterarum aliae sparsim apud Hipp. et Gal.
primum observavi febrium dicta sed minus propria sub
accidentaria, sic febrium aliae populares, aliae disper
sae; rursus aliae benignae, aliae malignae; quaedam
diurnae, aliae nocturnae; quaedam typicae, aliae erra
ticae; quaedam simplices, aliae compositae: sic cum quibusdam
aliis febribus s. cum diuturnis.

Denique ut singulae consectentur quaedam sunt soli-
tariae, quaedam pluribus symptomatibus comitatae qua
les sunt apud Hipp. laboriosae, singultuosae, sudori
ficae, colliquantes et diaphoreticae, syncopales et aliae

quibusdam

Quidem qua. /

Febrium causae communes caput quintum

Quae calidae intemperiei eiusdem febris efficientes causae statu-
untur a Gal. 1° de febribus c. 3 sunt a ipso 1a genera,
pro quintuplici caloris signa augendi et gignendi mo
do, distributa, motum scilicet, putredinem, viciniam alte-
rius caloris, suppressionem effluvii calidi et permistionem
calidae substantiae. 1a

Prima igitur febris excitandae causa est vehementia aut
et corporis motus illius qui in immodica excitatione, nam
assiduo partium solidarum ex quibus articuli conf
mentantur attritu calor igneus excitatur qui vicinis
subinde partibus, tandemque cordi distributus febrem fa
cit in corporibus praesertim diariam, in cacochymis pu
tridam, in plethoricis synochum: simul vero in ira,
maerore, cura, vigiliis quibus pathematis magna
fiunt et caloris et sanguinis intro vel foras fluxu
tium mutatio. 2a Causa

2a Causa est contactus rerum actu vel potentia calida-
rum foris cuti occurrentium, ut aëris solis aestivi,
balnei, pharmaci calidioris, vel intus febrilem
calorem ad cor transmittentium, ut cum a [illegible]
[illegible] ab [illegible] febres excitantur. 3a est

3a est permistio calidioris substantiae in corpus sumptio,
ut frequens esus mellis vel aliorum calidiorum, vel potus,
ut vini generosioris et vinacioris.

4a est effluvii calidi suppressio: cum enim animalium corpora
duobus modis afflantur emissa foras quotidie vapor-
sa et fumosa excretae; attracta ab intro substantia
aëria calorem nativum refrigerante, sed quod effluvii

benignum

benignum est et halituosum, quae suppressio plethorā facit, si vero acre mordax et humidum febrem accidit, est a prohibita transpiratione et suppressione excretum et coctionis, cuius caa duplex est, una pororum cutis constipatio et contractio ab externis caūs, ut frigore ambientis, vel balneo siccante et astringente ut aluminoso: altera eorundem obstructio ab externis succis, crassis, multis et viscidis. l. 3° meth. c. 1. ab obstructione nascitur putredo./

5ª et ultima et coīs febrium caūs, quae est proprij et natiui caloris in proprio humido consumptio a calore externo facta: et a calor externus non tm qui extrinsecus advenit, sed et qui in ipso corpore praeter naturam accenditur: hic ē auctoris conclusio dum libere non difflantur alieni caloris victoria putridum accenditur; fiet et febrium.

Ita et febrium, ut reliquorum malorum causas dividendo in internas et externas: ad externas pertinent assumenda, ut cibus, potus, medtum: admovenda, ut contactus rei calefacientis: facienda, ut motus: retinenda, ut suppressio calidi efflunij. Internae sunt vel antecedentes plethora et cacochymia, vel coniunctae, quae febrem fovent, ut calor alienus et putredo./

De praeparatione Corporis caput 6um

Docet Gal. l. de morborum caūs c. 2. 4or ad quemlibet affectum producendum, proindeque ad febris gradum requiri. 1um est agentis robur et energia, non ē v. g. motus omnis lassitudinem infert et febrem sed qui vehementior est. 2° tempus nihil enim momento fit, vsum tempore

est

est opus ad morborum gradum ex l. 1 de loc. affectis c. 2. 3° Vicinia I. contactus substiae vel virtutis. 4° denique patientis praeparatio, nulla siquidem caa efficere quequam pt sine patientis aptitudine immo max.a pars graia morborum pendet ex corporis affi cienti praeparat. ex 1° de feb. diff. c. 4°, hoc verbo ex multis spectatur 1° ex textu cujus similis vel dissimilis caa est, cur facile vel aegre corpus a caia morbificis laedatur omneque interius a similibus sibi caia prompte augetur ex com. ad part. 7. S. 2. l. 1. epid. et ad aph. 2. l. 3. hinc calidi et sicci ad febrem sunt oportunissimi et calidi humidi febribus putridis omn max.e sunt expositi ex l. 8. meth. med. c. 7. et 2. ex aetate; sunt e juniores acutis febribus obnoxij per aph. 29. l. 3. quod bilis istarum febrium caa ea potiz simum aetate vigeat. Contra senibus non ita febres acutae fiunt, quod sit frigidum eorum corpus ex aph. 14° l. 1. 3° ab habitu corporis, corpus etiam εὔεκτον caia morbificis potenter resistit, nec facile succumbit. Rarum vero facile ab externis, minus ab internis afficitur. densum et compactum contra ab externis magis est tutum, ab internis gravius laeditur ex l. de opt.a corporis constitut. synochus tamen in virtutem imbecillam non incidit, sed bene habiti et bene valentis corporis est propria quae non fit nisi à plenitudine ex 9° meth. med. c. 14. 4° ex varia corporis ~~constitut~~ dispoe plethorica vel cacochymia, utraque etiam plenitudo putridis febribus corpus reddit obnoxium ex c. 3. l. 1. feb: nam quae ad vasa corpus obtinet et afficit συσανάπτευτον

1. ad perspiratum ineptum quae supra vires solet simul corrumpi: Eadem est ratio cacochymiae vitiosae dum hoc alimentum calorem facile concipit, sive proxima corporis imbecillitas sive naturalis sive a morbo relicta, quae causae morbificae minus resistit. Postremo a prava victus ratione in cibi potusque quantitate, qualitate, tempore et ordine recte est monet Gal. 2. de alimentorum facultatibus c. 6. omnibus pravi succi edulijs abstinendum, licet quaedam ex ijs quibusdam sint coctu facilia quum vitiosus inde succus temporis progressu colligitur in venis, qui exiguam ad putredinem occasionem nactus febres malignas accendit quae sunt quaenam sint alimentorum vitia lege Gal. c. 3. l. 1. de feb. diff./

Febrium bnatis diagnosis et curatio c. 7.

Cum recta medendi ratio duabus potissimum rebus constet dignotione affectus praeter naturam eiusque curandi methodo, coepta primo maxima signa febrium diagnostica evidentia tria in caloris excessu, pulsu et urinis consistere docuit Gal. 1. ad Glauc. c. 2. et 10 meth. med. c. 4. ex quibus pulsus et urina suam mutationis causam calori acceptam referunt, a quo functiones omnes laedi supra docuimus caloris igitur comparatio certissimus index est tactus, cuius organum si sit ut decet temperatum caloris febrilis qualitatem percipit, ut est caloris insiti effluxus suavis est et benignus sic hic contrario mordax et molestus plus minus pro varietate spiritus, temporis, aetatis et febrium ipsarum ex com. ad aph. 14 l. 1. et ad put. 29. s. 1a l. 1 epid. pulsus ut et respiratio usu per caloris incentum adaucto magnitudinem, celeritatem,

au

frequentiam augere modo nihil impediat: nam si facultas
esset languida nunquam magnus foret pulsus, sed tum
celer et frequens. Sunt et ij pulsus solius cordis cal-
lidioris proprij, quod si praeterea accedat inaequalitas
febrem indicabit putridam.

Urina in omnibus febribus praecipue spectanda est
1° de cris. c. 7.° cum est ex venis et arterijs deducta
ipsarum constitutionem patefacit: at febres sunt venosi
et arteriosi generis affectiones; itaque illius colorem, calo-
rem, consistentiam et contenta inspicere oportebit: tum
quae cruditatis et coctionis signa exhibeat, tum qua-
lis sit sanguis, qualisque praecesserit indicant./

Hic quaeritur utrum pulsus certius sit signum, an
urina. Videtur pulsus, quia cordis actio est, febris esse-
tiam n. calorem praeter naturam in corde accensum certi-
us indicare. Urinam vero maiorem in maioribus urinae
contentum et crises febrium. Addunt nonnulli, quod ad
prognosim attinet, pulsum ad mortem, urinam ad
salutem praedicendam esse certiorem./

Ad praedicta saepe accedunt vigiliae, sitis, inappetentia,
propter siccitatem febri coniunctam aut prox. coniun-
gendam: Sunt igitur varium febrium signa coordinanda
sensibilia et inartificiosa, quibus si artificiosa sim-
gantur, ut causarum tam praegressarum quam
partium cognitionem, deinde corporis ad suscipiendum ca-
lorem igneum habilitatem, deinde iuvantia et nocentia
febricitantem est calidiorum usu laedi, frigidorum iuvari
comparatione, multo certior evadet nostra diagnosis.

Caetera signa s. symptomata, quae una cum febre invadunt,
vel eam consequuntur, non tam esse an febris, quam
speciem vel moris et magnitudinem indicant./

Tam

Jam ergo circa febrium et reliquorum omnium morborum
curandorum methodum per indicationes debet institui,
quarum aliae sumuntur ab affectibus praeter naturam,
febre, ejusdem causa atque symptomate sui remotionem per con-
traria insinuantibus: aliae a viribus (quarum notae
tempus, aetas, consuetudo, et quaecunque deinde naturam illi
gruntur) quae sui custodiam esse similium indicant et re-
medii quod a morbo indicatum est modum praescribunt.
Itaque febris cum sit calida sicca in primis, si nulla
causa vel symptomatum ratio satur, proprium remedium
refrigeratio et humectatio, utriusque quantitas et magnitudo a
febris magnitudine et intensione indicabitur: haec vero
ex symptomata propria, tum ex recessu a naturali constitutione
intelligitur quod duntaxat [illegible] loco mundae satis erat,
quae docuit Gal. 7 meth. c. 5 et 10 et 7 refrigerandum
quae per efficacissimam qualitatem inducitur breve tempus
et periculosam: siccitatis a febre quae sumentem
correctionem, in est longius tempus quae ita periculo mi-
nime expositam est. Quod si febris causam habeat adju-
nctam et permanentem ab ejus expulsione auspicanda cu-
ratio l. 3 meth. c. 4 alioqui quantum de morbo detrahetur
tantundem a causa procedetur. Haec ergo si sit ardens simul
conjuncta sit [illegible] vacuationem indicat pro loca confluen-
tia, si qualitas aliena, alterationem: observanda quoque
necesse est quod docuit Gal. c. ult. l. 3o [illegible] c. 1 l. 4
meth. quotiescumque inter se consentiunt indicationes, tum quae
a morbo, tum quae ab ejus deinde causa petuntur, modis
omnibus refrigerandum esse et humectandum: at si pug-
nantes fuerint, in dum febris oritur a putrida
fortiori et validiori incumbendum, altera minime neglecta,

Supersunt symptomata quae si leviora sunt nullum par-
ticulare remedium postulant vel indicant, quae cum
morbo, unde nascuntur, evanescunt: at si graviora
locum sibi eaque morbum augentia et vires prostituen-
tia proprium et contrarium opus ad remedium indicant
l. 12. meth. c. 1. cuiusmodi sunt Cephalalgia, delirium,
Vigilia, sitis, alvi pigritia, quae fuerunt, quae
potissimum pervilla fatigantur, ut capitis in delirio,
refrigerativum et humectativum indicant: et a refrigeran-
tium et humectantium materia quae duplex τῶν προσ-
πιπτόντων externa quae fiunt medium, ut sunt aër
ambiens, balneum et quaecunque nobis admovenda
refrigerandi et humectandi vi praedita. Altera τῶν
προσφερομένων cuiusmodi sunt cibus, potus, inspiratus
aër et quaecunque intro sumuntur remedia, quae omnia
actu vel potestate talia sunt atque per se et imme-
diate, vel per accidens gratia intervenientis operantur,
ut vacuationes calidae per catharsin, phlebotomiam,
sudores, vomitus: atque ista ad tria capita referun-
tur: diaetam, pharmaciam et chirurgiam, quae
speciatim in cujusque generis speciali febrium curatione decla-
rabuntur./

De febre Ephemera cap. octavum

In speciebus febrium dignotione et curatione in simplicibus ipse ordo
eundem quem docet Gal. 2. de cris. c. 6. et c. 2. l. 6.
adhibemus. Ephemeras i. diarias sunt omnium simplicissimas
quare de ipsis priusquam de reliquis statuendum
nobis est. Simplicissimas a. diarias interpretantur
nonnulli mitissimas procul a malis symptomatis

& potestam

depositam, quamq sic sumpto cum securitate signia-
alij breuissimam, ut pote cuius accessio unica, ut
plurimum uno die terminatur ex 2° de cris. c. 2° & 9° meth.
cap. 1. Alij sic dici putant, quod simplicibus indicationibus
curari sat ex c. ult. l. 9. meth. addamus nouita
dici quod consistit in eo quod in aliis corpore est spiritu
nimirum est, n. in spiritu inflammato: est e auctore 6 al.
2° de cris. c. ult. spiritus duntaxat passio sine grauium
putredine, aut partium inflammatione nisi inflam-
matur inguinibus contingat. Diur. definiri potest
Calor preter naturam in spiritibus primum cordis, deinde reliq
totius corporis accensus, quorum substantia tenuis cum
sit facile dissipabilia prompte q inflammatur,
sed leuius est incendium facile extinguitur non secus
ac ignis in palea facile concipitur, minimumque in
ea sed cito dissipatur, propter substantiae tenuitatem: cum
autem non solus spiritus, sed sanguis mixtus continetur
in vasis non potest citra sanguinis communionem incendi.
Verum ut antea premonuimus solus spiritus in hac
febre incalescit, sanguis a se grauis est, reddere etiam
partes solidas illius contagio laedito incalescunt. aliq
hae de exquisita diaria sunt intelligenda: nam alia
haec de exquisita diaria sunt intelligenda: nam alia
est non exquisita, quae producta nuncupatur, cum
sic non in solis spiritibus sed etiam in halitus & vapore
sanguinis, vel etiam in sanguine ipso non putrente nam
conceptum incendium, quae febris in 3. aut 5. aut 6. um
diem interdum propagatur sic videntur synochus
simplex quam diaria dicendetur./
Diuiduntur a febres ephemerae pro varietate cau-
sarum efficientium, quae per se vel accidentiae spiritus
inflammare

inflammare possunt, ex quibus plurima sunt procatar-
tica scilicet ephemerae, ut motus corporis violenti, vigiliae im-
modicae, solis aestus, ambientis frigor, balneum, vel
frigidum vel astringens, sicut de bal. 8. meth. c. 2. me-
minit cuiusdam juvenis, qui ex ablutione in aqua al-
bulae, quae erat aluminosa, in febrem ephemeram
inciderat. Item praeterea studia et consueta exercitatis
intermissio propter excrementorum suppressionem, alterum calido-
rum et acrium usus et omnium laudabilium ingluv-
ies, vini potus immoderatio praesertim sapphirati,
sulphurati vel piperati, inedia quoque ipsa et verum multo
magis fames et fame magis sitis ex Avic. l. 1. f.
4 tract. 1. c. 2. et 3. /
Ex hic ergo spiritus incenduntur qui benigno alito vapore
et blanda anthymiasi non refocillantur praesertim in
naturis calidioribus et sicciorbus. Item hic perci-
tiuntur dolores acerbitate, spiritus et bilis commoti per
motus animi turbulenti, ut ira, furor, excandescentia,
tristitia, timor et diuturna sollicitudo. /
Interna pauciores sunt ut suppressio excrementorum naturalium
alui vel totius corporis praesertim qui sub cute excernuntur
densitate, adstrictione et mediocri vasorum obstructione
bubones, i. glandularum in inguinibus inflam-
matio, modo a causa manifesta, ut ulcere, scabie, poten-
contingat: nam si ab internis et viscerum inflam-
matione nascantur graviores pravitatem vel pestilentem
malignitatem denuntiant. /

Signa febrium Ephemerarum cap. nonum

Signorum febris diariae alia sunt communia, alia cuius-
causae propria; utraque a medicis diligentius perquirenda quod
febrem ephemeram dignoscere quam curare difficilius est

Ex cap. c. 2. l. 1. ad Glauc.

Communia, diarijs signa, quibus a reliquis febrium
generibus discernuntur, hic observabit medicus, in primis
invasionis modum quo eam [illegible] ab aegro [illegible]
tur, cum et febres reliquas praedictis [illegible] praecedere
soleant pandiculatio, oscitatio, spontanea lassitudo,
frigus, horror, vel rigor, pro commoditate [illegible]
eas [illegible]. Diariam nihil praecedit, sed in
illa praecedente functionum [illegible] dispositio
sanum [illegible] corripit propter [illegible] aliquis
causae evidentes, a qua [illegible] horror
excitatur, agitatur [illegible], vel sufficit mordaci
effluvio [illegible] febricitare. mox ea quae in
diaria febre maxima sunt explorare, calorem, pulsum et uri-
nam: Calor enim totius corporis minime quam
naturalis suavior, mitior et magis vaporosus,
quam in caeteris febribus, qui celeri motu et
intra duas horas ad vigorem [illegible]. Pulsus
naturali celerior et crebrior, aequalis et mollis et
ordinatus, interdum parvus, alias magnus.
Calidum [illegible] pulsare partibus diastole cele-
rior quam systole ob pravam fuliginem. Urina distat
minimum a naturali, quia [illegible] altera [illegible]
refert. Itaque ab initio coctionem tum a calore, tum
contentis indicat, nisi forte subsit affectus aliquis
corporis [illegible] ea alteratur: nam a cruditate
alba est, ab iracundia rufa. tum in hoc Gal. ait quod
in febrili morbo inspiciat, cum et febris haec sit
mitissima et cum minima molestia a reliquis
Ex copia [illegible] tolerandi facilitate propter absentiam —

pravarum

pravorum symptomatum distinguitur. denique declinationem absolutam nondum considero: nam febre decedente dum discutitur per halitum insensibilem, aut madorem, aut levem sudorem citra criticam perturbationem, quorum materia vaporum spirituum fuligo est, horumque ab eius levitate incalescentium evaporatio naturalis paulo copiosior.

finita accessione disparent symptomata quae cum febre durant nascuntur, ut capitis dolor ab insolatu relictus, lassitudo ab exercitio, cruditas et dolor ventriculi a crapula et ingluvie: quod plura ad unam ἀνορεξίαν aeger perducitur, pulsu ad naturalem statum redeunte, quod nulla in febre quotidiana intermittente contingit teste c. 2 l. 1 ad Glauc. Sic igitur minime fallacibus signis diariam 1° statim die cognoscimus contra diaetitariorum opinionem, qui febrim spirituum ante 3um diem cognosci posse negabant.

Signa Causarum febris Diariae ἐνδεικτικὰ
caput decimum

Una vero causa diariam excitans proprijs cujusque notis et indicijs dignoscitur: nam quod defatigatione febricitantium cutis siccior est quam nulla alia, et haec mera ab accessionis initio ad statum usque, postea vero calido vapore vel blando sudore perfunditur, nisi calor plane immodicus sudorem exhauserit: tunc enim cutis sicca persistebat cum pulsu parvo, et crebro, addit Avic. lassitudinem artuum, doloremque articulorum, urinam subrufam, interdumque tussim siccam ob vapores acres vel siccam pulmonum intemperiem ex nimio labore contractam. Alia lassitudinis argumenta lege apud Aetium c. 2° Sectione 1a

ab

Ab insolat. cutis squallida, calorq. primo manuum occursu
acrior, sed qui deinde remittescit, caput dolet et gravari
videtur, coruscant oculi, quorum et frontis et tymporum
venae distenduntur. Sitis est modica, quae si post liquati
hum. catarrhum vel coryzam movent, denique quotidianum
corpus interno calidum est a frigoris aut astringentis
qualitatis occursu, febres diaria et astricta cute nascuntur:
Ex ipso tactu Medici perspicaci dignoscuntur: cutis
est durior et compactior siquidem quod astrictum est durum
et compactum est, quod laxum molle, Calorq. primo occursu
mitis diuturno acrior sentitur, reservata et manente
privata cutis spiramentia, unde retenta fuligo liberius
effluit, corporis moles intumescit, cum estus non concidit
ob impeditam halituosae substantiae transpirationem, pulsus
interdum durus, Urina minus rufa, oculi quodammodo
prominent et collacrymantur moti per compressionem
a compressione cerebri catarrho. Ab ingluvie vel
ebrietate cutis mollior est, vaporosa, pulsus plenus
et velox. febris est vehementior, facies rubore suffusa,
oculi scintillantes, ructus nidorulenti, ventriculi
distentio, Nausea, corpus denique gravatum et inquie-
tum. Ab inedia, fame, siti, pulsus est debilis et par-
vus aliquando durus propter siccitatem arteriae ab
aliti defectu, urina coloratior, καρδιωγμός et oris
amaror. A Vigiliis vultus sine colore, oculi cavi
facies est subtumida, oculorum motus difficilis et
velut ligati, palpebrae vix attolluntur sudore vero
et seroso, qui e syncipite defluit tenuis [illegible], puls.
crebrior et parvus ab spirituum suppressione, caput do-
lore tentatur et corpus [illegible] velut mole oppressum
gravatur. A Bubone pulsus magnus celer-
frequens, quae necessitas urget, calor plurimus sed

mitis

nitia et vaporosus nihil habens acrimoniae, cum solus
calor subortus non est fumus aut fuligo ad cor commit-
tens caloris abundantiam sequitur faciei rubor atque
tumor, Urina albicat bile rapta ad partes, vel rubore ob-
scuratam, in declinatione tingitur et humidus ex profundo
vapor in corporis superficiem assurgit. /

Restant animi pathemata, quae si ad hoc superveniant ex
pulsu dignoscuntur: nam irae pulsus vibratus, altus,
magnus, celer, frequens.

Et tristitiae, parvus, languidus, rarus.

Timoris repentini, celer, concitatus inaequalis et inordinatus.
Inveterati vero timoris tristitiae similis est: at timor
hi compositi cessarunt et citata febre ostenduntur, non amplius
ex pulsu cuius signa quaerenda sunt, sed sive aegro q.
abeat a domum familiaribus: [illegible] vero ex
caloris et urinae diversitate atque ab oculorum et corpo-
ris habitudine: ex ira itaque et febre calor uberior et
nitior toto diffusus corpore sentitur, faciei rubor, ocu-
li scintillant, urinae magis rubescunt, cum n. per iram
febris vi in corde sanguis et spiritus copiosus inde ceu
per vehiculum caloris in corporis superficiem maxime
in oculos effertur per venas, arterias, nervos, unde
intumescunt et implentur, unde notavit Avic. c. 15
fen. 1a tract. 1o l. 4. in timore faciem non aliter quam
in dormientibus et interdum ex ira acerbiore contur-
bari [illegible] propter inordinatum motum spirituum et hu-
morum ex molestia et cura sive cogitatione assidua,
calor q. percipitur ob mala de febricitans primariam, sed
acrior propter spirituum consumptionem, unde corpus aridius
effectum est, hinc cutis siccitas, corporis macies insita

vultus

vultus decoloratio, oculorum cavitas, acuior urina, quae symptomata in molestiae quam in sollicitiae majora sunt, quae pro majoribus calor spiritus intro ad calorem fontem revocantur, ubi propter loci caliditatem facile accenduntur atque digeruntur et dissipantur: in lucubrationibus vero et cogitationibus ad caput feruntur, in quo propter caloris inopiam minus quam in eadem inflammantur minusque absumuntur./

Curatio febris Diariae cap. undecimum

Ut cognoscendarum dignotio difficilis, sic curatio tanto facilior est, quo febris ipsa levior est et priusquam praedictis fuerit toto genere salutaris est c. 2. l. 1. ad Glauc. quod facilis sit spirituum a sua natura egressus, atque ad eam regressus, quin et ipsa saepe nullis remedijs adhibitis dispareat, non est tamen negligenda curatio, ne vel in plures protrahatur dies, vel in graviores transmutetur, idque tum propter neglectum causarum fovendarum et conditionum, vel obstructionis τῶν πόρων λαχὺν, tum propter intempestivè immoderatam refrigerandum, aegrorum intemperantia, Medici inscitia, vel assidentium errore et obsequio nimio, tum denique propter longiorem rem quam unius diei mediam./

Hujus igitur sic instituenda curatio est 10 meth. 5. febres diariae vel sunt simplices remotis causis unde natae sunt, vel cum in febribus compositae, illae cum in solo spirituum ardore consistant citra aliarum vitium solis sunt alterantibus, tum per ea, quae humectant et refrigerant, tum per ἀραιώτικα, quae cutem laxant et

vapores

vapores fuliginosos digestum sequ caloris difflatum iu-
vando quae accenti refugiebant: at febres q. vigentes, aegro
ab omni cibo, nisi praecesserit media, mota, stupitu plu-
rimum spiritus concitatos magis quae agitantibus avertendu-
dus est. Declinante vero cibus εὐχυμοῦς & εὐπέπτους
reficiendus, ut cremore hordei, juscula refrigerantibus,
elixis carnibus vitulinis aut gallinaceis, piscibus
saxatilibus, pane in aqua vel coeto vel madefacto, -
prunis, pomisque decoctis, ut non nimis passis dulcib.
vel acidulis, potus aqua sola, decoctum hordei, graminis
vel ptisana, vel vinum tenue, aspectu, tenui
viribus aquosum quod ὀλιγόφορον dicitur, multa aqua
dilutum, id est cito spiritus absumptos reparat, acres
vapores discutit, vires revocat, corticem jungit urinas
sudores movet l. 8o meth. c. 3. quod si in vigore febris,
sitis aegrum discruciet, levitur syrupo acetoso, limo-
num aqua decuplo permistis, ad victum vestium
refribatur balneum aquae dulcis, quod Gal. cibus
diariis jam inclinantibus, quidem et febricitantibus
etiam utiliter imperat, sed qua febris in consuetudinem
abiit, eius loco si astricta fuerit alvus clystere
emoll. vel medto ἐκκοπρωτικῷ, ut cassia, vel
elect. lenit. leniter subducitur ut est vacuatio ple-
nior tentanda est nisi aliquod vitium internum putre-
dinem nutriat./
Caeterum ut variae sunt causae diariarum febrium ita
singulis quaedam aptantur peculiaria remedia, si vel
ad has, vel cum defectione, varia tum in corporibus,
sympta. effectusque aliquos eadem fovent causae ob
tinentes, ut cutis adstrictum cruditate, vel obstruc-
tionem excitavit: nam qui solis ardor febrem intulit
capiti

capite dolente frons et sinciput oxyrrhodino vel hydrelaeo
in fonte vel puteo refrigerato irrigandum ut in Menan
dro senis Val. Gal. de caus. cathartic. contra qui ex ri
gore cutis densante febricitat blandior Actuarius, blan
da frictio et unctio, et oleo calasdico, aut eo vel cum
amygdalino. Vigiliarum damnum lavacro balneo vel lotio
pedum et brachiorum, [illegible] somno, cibo et aq. remissa
resarcitur./
Febris ab inedia victu εὐχύμῳ et refrigerante etiam
contra declinatis adhibito profligatur; praesidio πικρό
χολοις, quorum bilis ciborum suavitate ~~[illegible]~~ mitescit
contra cruditas et ingluvies, inedia, somno, quiete, dein
de stomachum corroborantibus sumptis et ad inedia cor
rigitur si qua subsit corruptio vomitu vel purgatione
abigitur: at dissipata nimium labore substantia, quiete
et victu uberiore coctuque facili instaurabitur: lassi
tudo a ipsa frictio molli et unctio atque balneo tepidi
demulcebitur: sive corporis partes relaxant et quae
meatibus haerent discutiunt. Irae, sanitati, tranquilli
tas animi et jucunditas affundenda bilisque furor humecti
bus et refrigerantibus reprimendus: maestitia vino
tenui, musica et jucundo colloquio depellitur./
In expedienda a bubone, balneis et vini usu abstin
endum, donec cessavit phlegmone, ne fusius aut com
motis humoribus morbus augeatur, sed prius ulceri
aut dolori, unde manat, consulendum. Atque obti
nentibus libera phlebotomia, si corpus sit plethoricum
purgatio. si calor summus cum apozematis aperientib.
et fomentis mollientibus. quod si suppressa sperata
[illegible] consueta purgatio procuranda./

De Synocho imputri caput duodecimum

cum

Cum ab inflammatione febris sanguinea ob causam magnitudinem vel spleticum incendium concipit, vel est putrinas citur febris συνοχος i. continua dicta medicis hal[illegible] tris continentibus, intelligitur Gal. 9. meth. et com. ad part. 2. l. 3. l. 1. epid. quando licet parvum graeco sua febres nuncupant in quibus omnia accessio ab initio ad finem in multos dies persistebat sine ulla insigni ad exitum usque mutatione: earum autem duae sunt species: quarum nimirum manifesta putredinis natura est sibi et quibus potius alias nullas sunt cum sine adaucta quinam in inflammato, non putrescente, quae ad diariarum genus pertinent efferuntur. quae duae cum ipsius sunt eodem omnem accessitum et putredinis ab[illegible] l. 9. meth. c. 2. et l. 4. c. 6. sed 3ium eodem non est in 4. vel 5um usque diem productio utriusque.

Rursus tam putrida, quam imputrida synochi tres sunt diff. 1a ἐπακμαστική i. increscens dr, omnis pestilentia cum sic plus materiae accenditur, quam per halitum dissipatur.

2a παρακμαστική i. decrescens omnium tristissima cum minima materia accenditur, quam transpiratur.

3a ὁμότονος i. aequalis et eodem tenore progrediens quae quantum dissolvitur et transpirat tam continentes accenditur.

Synochae ergo seu continuae synochi causa sanguinea est in venis majoribus, inter alas seu inguina et precordiis existentibus efferuntur propter easdem causas a quibus diariam epecitavi diximus sed redundantiores maxime vero ob perspiratam impeditam: impeditur a perspiratione tum a venarum obstructione, tum a cutis astrictione, obstructionem facit plethora i. sanguinis s. 4or humorum aequabilis redundantia et quaecumque sunt ejus

Effectrices

efficientes vel adjuvantes causae partim insitae ut natura calida et florida aetas, partim adventitiae, ut aer temperatus, victus εὔχυμος et opulentus, vita otiosa somnolenta et cruorum excretio. itemque consuetae cujusdam evacuationis ut per haemorrhoidas, vel narium vel naris suppressio. ex quibus colligimus synochum in gracili et frigido corpore non excitari, neque in iis qui sunt raro habitu, sed in bono habitu et temperatis intemperanter viventibus, et denso corporis habitu praeditis. ex c. 3. l. 9. meth. med. /

Liquor in usum assumi debet in vult vnde servare in vas lactis infusus, recenti et sale conditi tum oleo conduntur.
Mel anacardinum exprimitur ex anacardiis recentibus diutius in aqua coctis. Arnaldus de Villa nova mel sic parari. Anacardi tere debent pro in aceto macerari per 7. dies. octavo coqui ad duarum partium consumptionem, colatura ex coctis dicitur mel anacardinum.

De ficubus Caput Nonum

ficus sunt emollientes eligendi maturiores, tactu molles, cortice tenui, albicantes, gustu delectabiles, mollem dulcedinem habentes.

De dactylis caput decimum

Dactyli sunt fructus arboris palmæ
Eliguntur recentes, carnosi, parum rugosi, tactu subduri, dulces qui concussu non strepunt, rubri
Nucleus ex absoluto ponitur de dactylis intelligitur.

De Pistacijs caput Vndecimum

Pistacia sunt fructus arboris terebinto similis in Persia nascentis
Eliguntur recentia, plena, nucleo intus herbaceo

dora

odore et sapore jucundi./

De Amygdalis caput duodecimum

Eligantur amygdalae recentes maturae, durae, [illegible]sabiles, foris flavae intus albae dulces non rancidae./

De Nucleis Pineis caput decimum 3ium

Nuclei Pinei seu Strobili eligendi sunt recentes, albi, sicci non rancidi, tenui membrana russa involuti. Nuclei pinei calore temperati lubricantes humidi./

De Arborum Lignis Sectio XXVIa

De Guiaco caput primum

Guajacum s. lignum sanctum calidum et siccum est in 2o gradu, lignum est arboris procerae ad fraxini magnitudinem et effigiem multum accedens
Eligatur quod ex orientalibus plagis defertur in Indiis grave, densum, pingue, intus nigricans, foris vero subalbidum, amarum et odoratum Vid. Scri. tractatu de Lue Venerea c. x et sequentibus./

De Agallocho s. Xyloaloë cap. 2dum

Agallochum s. lignum aloës est lignum arboris indicae oleae instar et crasso cortice calidum siccum 2o gradu.
Eligitur ponderosum, pingue, maculatum, odoratum gustu adstringens, subamarum, versicolor, tenuis mox igne liquescens sed tardius et quod aqua ad motum subsidet et bullas dat./

De Santalis caput Tertium

Santalum frig. in 3o grad. siccum in 2o. lignum

est

est cujusdam arboris indicæ nucis juglandis mag-
nitudine folijs admodum virentibus, lentisci similis
Santali tres sunt species Citrinum, album et rubrum
Eligatur in subslidia grave, solidum, colore suo perfectum et odoratum.
Rubrum differt a brasilio nec est dulce neque infecit
ut brasilium./

De Aspalato caput Quartum

Aspalatum calida et sicca est in 3° gradu lignum
est cujusdam fruticis spinosi in Syria vel Rhodiorum
insula nascens./
Aspalati lignum eligendum grave et densum, amarum et adstringens, detracto cortice rubens,
aromaticum. Suum loco ligni aloes ponitur./

De Xylobalsamo Caput Quintum

Xylobalsamum est lignum arbusculæ sarmentosæ
balsami olim in Judæa, Ægypto et in Valle Syriæ
max° in Suevico nascens./
Eligendum recens ponderosum, intus gummosum,
fulvum et odoratum ejus loco surculi lentisci sumuntur

De Corticibus et Lanuginibus Arborum Sectio Vigesima Septima./

De Cinnamomo Caput Primum

Cinnamomum est interior cortex arboris sylvestris,
magnitudine oleæ, citri colore, Lauri effigie ac
sponte

sponte nascentis in multis regionibus indiæ orientalis Ex Zeilan et malabar laudatissimum provenit./
Eligitur tenue, tortuosum, acutum, dulcedine permi-stum, subrufum, aromaticum./
Canella crassior xylocassia seu Cassia lignea est ex eodem arbusto. Alius Canella et cinamum sed hoc ex ramis, illa ex trunco, cujus cortex calidissimus est. [illegible]/
dartsini, cassia, cinamum et canella idem sunt./

De Vsnea caput Secundum

Vsnea nom est scoba seu lanugo quaedam arbo-ris adhaerens membranatorie, oleae, cedrae, quercus;
Eligenda est albi coloris et odoris boni. obviam dicitur./

De Carpesio caput Tertium

Carpesium est festuca est tenuis ex surculis cinaci et surculis fruticis qui [illegible]./

De Succis varijs Sectio viges. octava

De Hypocistide Caput Primum

Hypocistis frigida in 1° gradu sicca in 3. Succus est cujusdam germinis e radicibus cisti proli-lidus extractus.
Eligitur dura stiptica, subrufa./

De Acacia caput Secundum

Acacia frigida in 1° gradu sicca in 3° succus est ex fructu arboris spinosæ aegyptiæ. acaciæ nomine

extractus

extractus.

Eligitur rufa, subrussa.

Ejus loco utimur succo prunorum sylvestrium qui excavendus.

De Lycio caput Tertium

Lycium frigidum et siccum est in 2° gradu succus est cujusdam arboris spinosæ, fraxini magnitudine, folijs buxi proportione viridentibus tamarisco, Ilibus. quo careremus sed ejus loco utimur succo caprifolij.

Eligendum durum, glutinosum, lucidum, adstringens, exsiccativum, et quod igni admotum accenditur.

De Opio Caput Quartum

Opium frigidum in 4 gradu siccum in 1° succus est seu liquor concretus ex vulneratis capitibus papaveris nigri effluens.

Eligitur Thebaicum, grave, densum, tactu lene, amarum, subrussum, clarum et quod facilè aqua diluitur.

De Meconio Caput Quintum

Meconium frigidum 4° gradus initio succus est ex contusis folijs et capitibus papaveris albi extractus opio longè ignavius.

De Succo Liquiritiæ caput Sextum

Succus liquiritiæ calore temperatus blandè humidus. Liquor est ex radicibus liquiritiæ tusis et expressis igne vel sole siccatus.

eligendus

Eligendum vero, qui è Creta delatus est, purum tenax, dulcis, nigerrimus, splendens, et linguae subditus statim totus liquescit/

De Saccharo Caput Septimum.

Saccharum est Succus extractus ex cannis minutim incisis et coctis usque quo saliat modo.
Saccharum calidum et siccum initio 1i gradus/
Eligendum est Madera, purum, leve, durum, dulcissimum, albissimum primo modo splendens/

De Saccharo Candi caput octavum

Saccharum candi fit ex Saccharo in Syrupum cocto et in olla fictili (in qua sint bacilli lignei) per quindecim dies in loco calido imposito, postea aq. calida effusa per unum diem relinquitur, deinde sqti frangitur olla et saccharum candi invenitur/

De Amylo Caput Nonum

Amylum frigidum siccum succus est concretus ex infusio tritici.
Eligendum est candidissimum et purum./

De Varijs Gummi Speciebus Sect. XXIX

De Sarcocolla caput primum

Sarcocolla   Gummi est arboris spinosa in Persia nascentis/
Probatur crassa, amarissima, subcitrina, candida
Corrigitur infusio lactis muliebris vel asinini & debet infundi in eo per 5 dies, renovando lac

singulis

Singulis diebus./

De Sagapeno caput Secundum

Sagapenum calidum in fine 3°. Liquor est & Gummi arboris ferulaceae, vel fruticis in terra media nascentis./
Eligendum crassum, purum, in aq. dissolubile, acre, foris subrufum, lucidum, intus vero subalbidum et quod porri odorem reddat./
Corrigitur medtis [illegible] stipticantibus vel spica et mastiche./

De Opoponace caput Tertium

Opoponax calidus est 3° ordine siccus 2do. liquor est panaciae herbae, quae alio nomine Herbaria dicitur
Triplex est opoponax Heracleum, asclepium et Chironium./
Eligendus est levis, pinguis, friabilis, in aq. statim dissolubilis, amarissimus, foris croceus, intus vero albus, odore gravi./
Radice incisa excipitur ex caule et ipso medio suo scarificato promanans
Adulteratur ammoniaco inditis scil. granis in vero opoponace, dolum prodit odor et albedo in fractura,/
Corrigitur mastiche et spica./

De Gummi Aegypti caput Quartum

Gummi Aegypti frigidum siccum in 2° gradu. est lachryma ex acacia Aegypti spina promanans./
Laudatur quod contractum in Vermiculorum speciem, vitri

vitri

Vitri modo pellucidum, purum, candidum.
Gummi quod absolute ponitur est Arabicum dicitur

De Tragacantha caput Quintum

Tragacantha frigida 2° sicca et humida 1° lachryma est plantae spinosae spina hirci appellatae in Asia et Creta nascitur.
Eligenda levia et sincera et quae lucida tenuis ore dulcita lenta seu alba et clara.
Ex radice incisa colligitur secundum Dioscoridem, sponte vero profluere asserit Theophrastus.

De Galbano caput Sextum

Galbanum calidum initio tertij gradus, siccum in 2°
Lachryma est plantae ferulaceae in Syria praesertim in Amano monte nascentis.
Probatur pingue et surculorum expers, albicans, thuri simile, ammoniaco simile, gravem et virosum olens sapore tetro et ingrato. Ex radice incisa excipitur.

De Ammoniaco caput Septimum

Ammoniacum calidum siccum 3° vel 2° est Gummi est lachryma plantae ferulaceae in Africa nascentis Agasylli dictae.
Eligendum densum, sincerum lignique et calculorum expers, ac thuri simillimum, amarum, odore castoreum referens.
Ammoniacum duplex est Thrausma lignique et calculorum expers: Alterum phyrama dicitur, quod capillis scatet.
Ammoniacum hoc dicitur quod stillet juxta Jovis Ammonis oraculum.

De

De Lacca Caput Octavum

Lacca s. cancamum Liquor est gummis arboris cujusdam in India concrescens et formicularum suctu et opere coactus.
Eligenda in substantia dura et perlucida, sapore non ingrato, rubra, clara et quae facile aquis dissolvitur,
Cancamum dracorum et Lacca Arabum idem sunt.

De Sandaracha caput Nonum

Sandaracha calida in fine 3i gradus est Arabum Sandaracha, Juniperi lachryma est quae vulgo Vernix dicitur quod vitro splendorem praestat
Deligatur pura, mastiche more friabilis, pallida et perlucida
Sandaracha Graecorum est lapis in metallicis venis arsenica rufus et ad colorem cinnabaris vergens,

De Sanguine Draconis Caput Decimum

Sanguis draconis frigidus est in 2o gradu siccus in 3o Lachryma est arboris Africanae a fructu ejusdem arboris nomen ducens, nam sublata qua integitur pelle fructus, dracunculus apparet.
Eligendus purus, friabilis, lucidus, sanguineus et perlucidus.
Est alius sanguis draconis in officinis factitius ex hircino sanguine, bolo armena et arborum aliorumque astringentium succo.

De Assa foetida Caput Undecimum

Assa foetida calida sicca in secundo gradu est lachryma

peregrina

peregrina planta in Media nascentia, quam hispani foetidum dicunt. Vocat alii Volum de Gummi Laserpitii quod [struck] vocat

Eligenda translucentior et foetida, et a cadavere caule careptum

De Gummi Hederae caput duodecimum

Gummi Hederae est lacryma quae e trunco Hederae vulnerato et interdum sponte profluit.

Eligendum lene, colore ex flavo rubescenti, gravis acre admodum

Triplex est Hedera alba quae fructum profert album Nigra, quae nigrum; 3a Helix et nonnullis de Hedera terrestria.

De Myrrha caput decimum tertium

Myrrha graecia Smirna dicta calida sicca in 2do gradu Lacryma est cujusdam arboris Arabicae, spinosae, aegyptiae folia, juniperi superans esse totum

Eligenda troglodytica, spuria, fragilis, pinguis Levis, perlucida, amara, acria, odore gratissima et quae confracta ostiat Unguium modo candidas et lineas ostendit

Troglodyti sunt populi Arabibus Vicini, procedit et myrrha ex Aethiopia.

De Stacte caput decimum quartum

Stacte calida sicca in 2o gradu pinguedo est myrrhae recentis cum parva aqua tusa et expressa in Vaporis formam redacta, quae Styrax liquida dicitur sed male

Eligenda

Eligenda est quae nullam olei admistionem habet.
Alij dicunt esse succum gummosum et stillatitium rore
ex arbore myrrhifera sua sponte vel dum plagae quidam
fiunt.

De Bdellio caput decimum quintum

Bdellium calidum siccum in 2° gradu Lachrymam
est arboris saracenicae, oleae magnitudine, folijs quercus,
cum fructu ficus, candido colore.
Eligitur purum, molle, pingue, amarum, tau-
rini glutinis modo perlucidum. Diosc. laudat sar-
racenicum. Gal. Scythicum.

De Camphora caput decimum sextum

Camphora frigida sicca 3° gradu Resinosa lachry-
ma est arboris indicae minor juglandis magni-
tudine et folijs salicis in medullam ligni cadens
per rimas quasdam resinarum modo.
Eligenda in helbida pura, pinguis, friabilis, nitida
et candidissima, odore fragrantissima, et quae pani
calido imposita madescit, hic tunda sit aut ex in
medijs aquis.

De Styrace Caput decimum septimum

Styrax calida sicca 2° gradu resinosa est
lachryma cujusdam arboris malo cydonio simile
in Syria nascentis dicta Calamita.
Probatur maxime styrax crassa, colore flava
cum granis albicantibus, amara, odore gra-
vissima.

De Benjoino Caput decimum octavum

Benjoinum officinis Belzoinum calidum

Resinosus est succus arboris indicæ cujus folia sunt citri foliis similia, nascitur in sylvis ubi sunt multi lygnides.

Eligendum purum, liquabile, albis granulis et globulis et granis tunc similibus, rubescens lucidum, odore suavissimo, quod accedit xyloalois, rejicitur.

De Thure Caput decimum Nonum

Thus calidum 2° gradu siccum 1° resinosa lacryma est arboris arabicæ cujus folia lentisco sunt similia.

Thus duplex est Mas quod Olibanum, et fœmina quod indicum Dioscorides appellat.

Eligendum purum, pingue, tenax, guttatum, flavum, rotundum, candidum, odore gratum. Mas præfertur.

De Mastiche Caput Vigesimum.

Mastiche — Resinosa lacryma est lentisci arboris in chio insula nascentis omnium estimatum præstantissima.

Eligenda pura, splendens, friabilis, candida, odorata,

Loco hujus ponitur lentisci mastiche eligendum

De Gummi Elemi Caput Viges. primum

Gummi elemi — Resinosa lacryma est oleæ æthiopicæ.

Eligendum pingue, tenax, flavescens, aut potius subrufum, odore gravi, quod facile liquescat nec

facile

faciet linguam mordica./

De Tarsamaarsa caput Vigesimum secundum

Tarsamaarsa est quoddam resina gemma ex nova Hispania allatum bonum olei sic ut lacryma Aethiopicea./

De Caraunna caput Vigesimum Tertium

Caraunna est alia resina gemma accedens ad Tarsamaarsam indice ita vocata E liquida pinguis, oleaginosa, tenax./

De Resina caput Vigesimum quartum

Resina est liquor pinguis et oleaginosus ex pino et abiete profluens./

Resina duplex est liquida et arida ut Terebinthina et Colophonia./

E liquida nobilior ideo est pinus incidens, arida, pura, friabilis, colore cerae modo pellucida et odorata./

De Pice caput Vigesimum quintum

Pix est liquor pinguis ex taedis fustatim incisis et in furno accensis effluens, vel resina combusta fluxus ex taeda emanans:

Est a taeda morbus arboris pini per senectutem nimia pinguedine veluti strangulata./

Palimpissa est pix bis cocta vel pix sicca dicitur quod sicut liquida coctio et elaboratio crassiorem pinguitie atque durior et siccior evadit./

Zopissa

Zopissa est pix a navibus maritimis erasa, quae propter salsuginem quandam ab aqua maris contractam ita vocatur a nonnullis apochyma vero pix navalis vero quod ea naves induuntur.

Pissasphaltum est bitumen pici commixtum quod ad mortuorum conditurant olim usurpabatur - sanctum vero mortuam nullam esse dicit.

Differt a pix a resina, quod pix per ignem transit, resina vero sponte fluxit arboribus sobolis utraque vero pix est veluti resina cocta per ignis adjutu ducta, impedimentis aquarum a fumo per calore unde pix nigra solet esse, quam quam flava est resinae resina dicta.

Pix quae prima stillat fluxilior est per humidior, quae quidem pix liquida officinis dicitur pro diversa pittolidos.

Pix eligenda est pura, pinguis, resinosa, quae est dentibus fracta lactescit, subrufa ac odorata.

De Terebinthina caput vig. sextu

Terebinthina est liquor pinguis, resinosus, terebinthi arboris sponte defluens ex trunco per ramis in insula Chio nascentis.

Eligenda pura, lucida, candida ac vitri modo splendida per odorata.

De Colophonia caput viges. septim.

Colophonia est liquor ex terebinthina fluens, calore solis exsiccatus.

Duplex est terebinthina per duplex colophonia

Una

Una ex tere binthso pastesa ex vino pabicto.

De Ladano caput Viges. octavum

Ladanum calidum est liquor ex folijs cisti in cypro nascentis cuj nodis est quidam barbisq caprarum adhaerens cum ceteri frondes pascuntur.
Eligendum purum, pingue, ductile, subnigrum subviride et odoratum.

De Varijs Liquorib[9] Sectio Triges.

De Vino Caput Primum

Vinum calidum humidum in gradu
Eligatur tenue, purum, limpidum, album aut pallidum, sapore non ingrato.
Ex fecibus vini conficiatur, vel ex ipso vino concocto fit medum quod tartarum vocant.

De Aceto caput Secundum

Acetum frigidum et siccum est ordine secundo
Laudatur tenue, acutum, album et quod ex vino laudabili vetustate aut artificio tale evasit.

De Aqua Caput Tertium

Aqua frigida humida in tertio gradu
Probatur insipida, quae lenium sit partium, et citius calescat ac refrigeretur.

De Lacte Caput Quartum

Lac temperatum est in calore et medio humidu

Laudatur

Laudatur album, dulce, et quale crassitudinis bonique odoris Vaccae Iuvencae, nec nuper foetae, bono pastu enutritae, praecipue autumno quo humor minori abundat humiditate.

De Sero Lactis Caput Quintum

Serum Lactis frigidum est et humidum in 2. gradu.
Eligendum est caprinum, recens, odoris et saporis jucundi sed sui, et quod exhalatur caprarum nigrarum recenter foetarum et bonis pabulis nutritarum.

De Iure Gallorum caput Sextum

Iure Gallorum extrahi debet ex Gallo rufo, carnoso, quamplurimum annoso, nido.
Sic parabitur ab[j]ectis intestinis, salibus in ventrem conjicitur et coquitur in aqua coquendus donec tertia pars aquae remaneat.

De Animalibus et Eorum partibus
Sectio Trigesima prima

De Sanguine Humano & alijs
Caput Primum

Sanguis separatus est eligendus a viro iuvene sano bene separati, tenuis, dulcis, rubicundus.
Sanguis Porci 4 annorum nati per aliquot dies foliis diuretibus nutriti prodeunte effluens est colligendus, nam prior tenuior, postremus crassior putatur, medio vel angusto jugulari debet excipi.

tenuitudinis

Testudinis sanguis debet extrahi a testudine cujus caput abscinditur et soli exponitur donec exsiccetur.
Sanguis ita eligendus levis, purus, rubicus, sclavus.

De Mumia caput Secundum

Est Confectio quaedam, qua corpora olim condiuntur ut aloe, myrrha, balsamo, et calida sicca est in 2.º gradu.
Eligenda solida, lucida nigra et odorata.
Mumia Serapionis est pissasphaltus ex bitumine et pice constitutus.

De Axungia caput Tertium

Axungia calida est et
Differunt autem sic axungia, sebum et pinguedo situ et consistentia.
Axungia extrahi debent autumno speciali et aqua frigida pluviali lavari: deinde ab istis pelliculis et venis lento igne in vase duplici liquari et vasis vitreis vel stanneis in loco frigido et sicco asservari.

De Medulla caput Quartum

Medulla calida est in
Animalium medulla debet ab ossibus extrahi: deinde lento igne liquefieri, postea colari et in vase vitreo vitreato servari, melior est recentior, deinde vetustior.

De felle Caput Quintum

Fel calidum et siccum est [illegible] extrahendum specialiter ex animalibus interfectis, quae sunt mediae aetatis.
Eligendum ductile, flavum, amarissimum et [illegible] odoris existens

ustodiatur./

De Coagulo caput Sextum

Coagulum ab hædulis nuper occisis extractum salitum et involutum suspendi debet ad solem ut siccetur./
Coagulum leporis est omnium præstantissimum et quo vetustius eo melius./

De Carnibus caput Septimum

Carnes debent ablui ter aut quater vel quinquies vino calido dulci, postea in furno exsiccari et folijs absynthij involvi in pulmo vulpis./

De Cerebellis caput Octavum

Cerebella debent accipi recentia et aq. frigida bene lavari et per pannum rarum colari aqua, postea lento igne desiccari./
Debent cerebella accipi ab avibus, quæ nidificant in domibus Vere et Autumno per decem annum cerebellis vitellum ovi unius permiscendo pauxillum mellis adhibito et super cineres cineres calidos agitetur, donec evanescat humiditas servetur in vase vitreo./

De Moscho caput Nonum

Moschus calidus siccus in gradu tertium est cujusdam animalis veluti apostema in quodam folliculo circa Umbilicum contento.
Eligendus orientalis subrufus, amari saporis, aromaticus, cito solvatur, nec multum odoris solus servatur. Si odorem amiserit in olla posita orificio aperto suspendatur in Cloaca et recuperabit./

De

De Zibeto caput Decimum

Zibethum est excretum cuiusdam animalis magnitudine Cati./
Eligitur solidum, pingue, candidum, odore gratissimo./

De Ichthyocolla caput Undecimum

Ichthyocolla sive gluten alkanna est gluten ex ventre molue et mucosa piscis confectum./
Morca ventris aut plures in frustula concisa secantur et in fictili cum aqua calida coquuntur donec in crassiorem aut pultis consistentiam abeant, postea antequam refrixerint in partes distinguitur et ita siccatur./

De Oesipo Caput Duodecimum

Oesipum est lanarum succidarum pinguedo./
Praeparatur in hunc modum lana succidenti aq macerabatur horas octo, donec totam in aqua deposuerit pinguedinem: deinde lana fortiter exprimitur manibus et aqua colata diutissime alio vasculo effunditur et refunditur donec non amplius spumet tunc pinguedo aquae supernatans est colligenda et aqua lavari debet donec albescat et pura evadat, tunc in fictili vase reponitur ad usum./

De Castoreo caput decimum Tertium

Castoreum calidum Testiculus est cuiusdam animalis quod partim in terra partim in aqua

versatur

vicitat pro meridionalibus partibus expositus /
Eligendum flavum, friabile, acre, subrussum, horribile, grave et foetidum./

De Cera Caput decimum quartū

Cera eligenda pura, mediocriter pinguis, subrussa, odorata simul et fissilis, pontica et cretica laudatur./

De Propoli caput decimum quintum

Propolis est sordidum cerae crassior constans materia a rusticis Cera virginea dicta./
Eligenda mollis ductilis, styracis odorem referens, alba./

De Melle caput decimum sextum

Mel calidum siccum 2° gradu est
Deligatur grave, purum, lentum, dulcissimum, album vel flavum, odoratum, atticum est optimum vel narbonense./
Mellis tria sunt genera mel cedrinum, mel asperum simul arundinum./

De Osse Cordis cervi caput decimū 7um

Os Cordis Cervi cartilago est in sinistro cordis ventriculo cervi reperta.
Eligendum candidum, tenax, russum./

De Unicorni caput decimum octavum

Unicornia eligendum ponderosius et qui aquae injectum ampullas edat foris subrussum intus eburneum crasso cortice involutum, quem lapidum Unicornis

Vocant

vocam./

De Blatta Bizantia capue decimū ix[um]

Blatta bizantia s. unguis odoratus est cujusdam piscis am conchilij tegumentum odore castoreum referens./
Eligitur albicans podoratior./

De Umbilico Marino capue Vigesimū

Umbilicus marinus integer est pisciculus, ut tegumentum ita umbilico sto, in abillonodis accipiat in littore maris repositus./
Eligendus est clarus, albus./

De Antalio s. Dentalia cap. Vig. j[um]

Antalium est tubulus testaceus cujusdam piscis in mari progenitus, digiti minoris fere longus./
Dentalium parva concha est oblonga dentis canini instar acuminata, unde dentalia.
Eligenda sunt levia, tenuia, arundinida, modo cand alba, eorum vice quaevis concha alba pri substitui./

De Rana capue Vigesimum secundū

Ranarum tres sunt spes: Aliae, quae in aqua tantu degunt: Aliae, quae in aqua et terra sicca aequaliter victitant: Aliae denum, quae in locis aridis victū quaeritant publitardiu./
Eligenda sunt aquaticae, leviae sabitae quae punctis pluribus non sunt maculatae buffonum modo./

De Cancris capue Vigesimū Tertium

Cancer est piscis crustaceus cujus duo sunt genera

marinus

maxime et fluvialia.

Cancri piscari debent quo Sol est in signo arietis. Ideo mense Aprili, interdum aduruntur, quandoque eli-xantur. ita parantur.

Evelluntur extremitates cancrorum ex pedibus et corporibus suis et abluuntur aqua frigida, sale et cinere pluribus vicibus, donec mundificentur et repurgentur a gravitate odoris sui: deinde in aq. hordei cum sero lactis coquuntur./

De Viperis caput Viges. quartum

Vipera s. Tyrus duplex mas et foemina oculos habet rubeos, linguam mobilem, dentes plures, caput extensum, colore russo cum dorso nigro sub finem veris venari oportet. Sic parantur./

Viperulae minutis flagellentur, caput et cauda amputentur et permittantur supra terram agitari, donec exsangues fiant. Deinde excorientur et in aqua salsa et calida vel vino perlavantur deinde coquuntur ad separandum ossium cum carne./

De Scincis Caput Viges. Quintum

Scincus est lacerta sylvestris, quibusdam dicta crocodilus terrestris: est animal parvum, quadrupes, squammatum, capite longo, cauda rotunda, cum sale et nasturtio servantur./

Eligendi Corpulenti non exigui./

De Cantharidibus caput Vig. Sextum

Cantharides sunt animalia muscarum viridia in ligustro et fraxino numerosa proveniuntur, alunt et reperiuntur./

Eligenda

Eligenda est discolor et quae lutea in alia transmutat sive liniat, corpore longo, crasso, et pingui et quae in fermento durantia sunt, pro bibinimus servantur./

De Scorpionibus caput Viges. vij.mum

Scorpio est animalculum terrestre, longum per caudam nodosam terminatur in cujus extremo longo et obliquo armatur aculeo tenui foramine pervio, quo venenum pungendo effundit./

Ex Scorpionibus oleo infusis per extractiam fit oleum

De Lumbricis Caput Viges. octavum

Lumbrici seu Vermes terrestres vino albo loti in oleo macerantur ac vase duplici in decocto elixantur. Vno et intestina terra./ ~~Corpus sunt oblongum~~ prius quam sumuntur triti, siccati et tenuissime laevigati alijs quibusdam pulveribus admisti.

Lumbrici corpus sunt oblongum, oculis, auribus, pedibus destituuntur./

De Varijs terrarum tribus

Sectio Trigesima Secunda.

De Terra Lemnia caput primum

Terra Lemnia vel sigillata frigida sicca 1° ex Sudun bal. est quaedam rubra terra in ~~[illegible]~~ Lemno nascens.

Terrae Lemniae duo sunt genera una rubescens declinans ad russum: altera ex cinericio colore candicans./

Dreulu

Dicitur sigillata quia cavaetsibus turcicis sigillata.
Eligatur pinguis, densa./

De Bolo Armena caput secundum

Bolus armena s. terra Armeniorum frigida in secundo gradu est quaedam vena terrae in Armenia reperta.
Boli armenae duo sunt genera orientalis et pallida: altera vera et rubea.
Eligitur ut Lemnia, aceto abluitur et depurata exsiccatur./

De Ochra Caput Tertium

Ochra est et materies quaedam
terrae, quae in fodinis reperitur./
Eligenda est flava, natio attica, levissima, friabilis, non lapidosa sive lutea./

De Terra Thymelaea caput Quartū

Terra thymelaea est materia
quaedam terrae, quae ultra mare reperitur.
Eligenda est alba aliquatulum aromatica./
Ejus loco Sodio ea utimur, quae sub mola in acuendo gladio reperitur.

De Terra Eretriade caput Quintum

Eretriadest sive Galbinum est glebula rubicunda, quae in agro Urbis Eretria effoditur, unde illi nomen./
Ejus loco bolo armena utimur./

De Creta Caput Sextum

creta

Creta est terra candida, quae in Creta insula effoditur.
Cretae tres sunt species Alba, viridis et Nigra./

De Salis Speciebus. Sectio Trigesima

De Sale Vulgari Caput Primum

Sal calidus siccus in gradu.
Salis tres sunt species. marinus, fontalis et minerali[s]./
Marinus fit ex aqua marina diu agitata et sole siccata./
Deligatur candidus, densus, perlucidus et calculis carens./
fontanus fit in Germania hoc modo: hauritur ex salsis fontibus aqua, ac igne diu excocta in salem cogitur. iisdem notis deligitur quibus marinus.
Mineralem vocant officinae Arabes secuti - Salem Gemmae, quia veluti gemma splendens vitreis lapidum modo frangitur ac scinditur.

De Sale Gemmeo caput Secundum

Sal gemmae calidum et siccum est in gradu
Probatur quod est crystalli modo lucidum, purum scindibile, calculis expers et quod in ignem conjectum non catellorum modo crepitet, sed in fibras ignescat

De Sale Ammoniaco caput Tertium

Sal ammoniacum calidum siccum in gradu reperitur in regione Cyrenaica sub arena distillatum.

Deligatur

Eligitur lucidissimum, subacre ac scindibile./

Sive et factum fictitium, quod pro eo venditur, concoctum ex Camelorum urina./

De Sale Nitro Caput Quartum

Sal nitrum calidum et siccum in 4° gradu: est et causticum fit ex terra sordibus circa parietes collegitur./

Eligitur substantia levi, colore candido, spongiosum

De Aphronitro caput Quintum

Aphronitrum est spuma nitri, quae ex nitro concreta dum multa coctio elaboratur. Sed illud ut hodie non arte inductum sed nativum venditur.

Eligitur friabile, album, salsuginosum./

De Metallis & ijs, quae in auri & Argenti fodinis reperiuntur

Sectio Trigesima quarta

De Auro Caput Primum

Aurum omnium gratissimum metallorum fit ex hydrargyro mundo et sulphure puro flavo, vivo et rubro aequaliter et contemperatis sicque rubrum et fulgidum redditur.

Aurum praestantissimum habetur, cui cobalicum lapis fuerit admistum, tum et molius, quo pondere solid et colore vigentius.

Auri fertilissima est arena ductorum fluminum, ut

Tagus

Tagus in Hispania, Padus in Italia./

De Argento caput Secundum

Argentum frigidum humidum in gradu fit in ter-
ra visceribus ex hydrargyro mundo et sulphure puro,
claro, firmo et albo ex quibus tal. contemperatis niger
candidum et fulgens redditur.
Eligendum nitidum, splendidum, lucidum et qd facile
liquatur./

De Lithargyro caput Tertium

Lithargyrus ~~dicitur quasi [illegible] [illegible]~~ est metallorum
igne purgatorum spuma, fit potissimum in fornacib.
in quibus repurgatur argentum ex plumbo argenti re-
crementis admisto.
Eligendus est auri coloris declinans ad albedinem,
gravis, foliatus./
Lithargyrus dr. auri vel argenti, non quod ex auro
et argento paretur sed a colore tali, qui mutatur gradu
caloris qui ex plumbo separari fit./

De Aere Usto caput Quartum

Æs est metallum, qdam insula Cypro invenitur unde cy-
prium dr./
Duplex est rubrum qd cuprum dr. et candidum quod
aes dicitur./
Uritur aes in hunc modum clavi aeris et laminae
soluti et aspersi sale in vase novo crudo obturato cum sul-
phure et sale includitur, fornacibus inditur, donec
sit ustum.
Probatur rubrum et quod attritu colorem cinnaba-
ris imitatur, nigrum minus utilem est./

De flore aeris caput Quintum

Flos aeris ~~sunt~~ est minutissima grana, quae decutiuntur
quo aes percolatur, et aqua frigidissima affunditur.
Optimus est qui friabilior, ponderosus, rubidior, mo-
dice splendens.

De Aerugine caput Sextum:

Aerugo factitia est ex laminis aeris in aceto acri conditis
et rasis, vel est ramentum quod laminis aeris aceti vapore
madidis effloruit.
Eligenda laevis, friabilis, viridis, acris, et mordicans.

De Argento Vivo Caput Septimum

Argentum Vivum frigidum humidum est metallum
fluidum in fodinis argentariis repertum guttatim et
sponte stillans in monte Sydiae et illud est naturale;
factitium autem sive vel potius extrahitur ex cinnabari:
nam facile propriam suam formam amittit, et eam rursus
facile quasi retrogrado resumit.
Eligendum subtile, fluidum, album, clarum, et quod
impositum carbonibus accensis in cochleari argenteo
maculam relinquit auream, et non nigram.

De Plumbo Caput Octavum

Plumbum metallum est frigidum et humidum cuius
~~salubris~~ in ulceribus curandis et malignis plu-
rimum commendatur: sic autem paratur.
Plumbum in laminas quam tenuissimas ducitur,
hae minutissime conciduntur, aceto quam acer-
rimo immerguntur, macerantur que triduo, —

fermentato

permutato quotidie si videtur aceto, postea exemptū p igni siccatae citra vitium in mortario laborioso teritur, sic tandem in tenuissimum pulverem redigitur./

De Plumbo usto Caput Nonum

Plumbum Ustum sic paratur. Plumbum in tenuissimas laminas ducitur et in fictili novo collocatur quae ~~pulvere~~ sulphure pulverisato conspergitur ponendo stratum super stratum donec vas impletum sit, fornaci inditur ubi flammam concipit, virga ferrea agitatur donec in tenuissimum pulverem abeat. tunc quod e fornace extractum natum obtinet cujus acrimonia lotione tollitur./

De Plumbagine caput Decimum

Molibdaena s. plumbago fugida materia quam hydrargyrum ex fornacibus recrementum et in camini fundo repertum, quo vi plumbi argentum aurumque expurgatur, Alii volunt esse mineralem quoddam fossile quod a plumbo stanno et argento gignitur./

Quae medica spectant ex plana est de cap.a xx./

De Chrysocolla s. Borace cap. XI.

Chrysocolla calida et sicca est in gradu et acrimonia quadam donata./

Boracis s. Chrysocollae duae sunt species nativa una, factitia alia. Nativa est gemma nitri fossilis quod in aurarijs, argentarijs et aerarijs fodinis reperitur. factitia vero fit ex urina-

pueri

pendi calore solis in cerea pyxide agitata, donec in Ung[uen]ti
consistentiam abierit.
Eligatur duae, lapides nitrosi, cum paululo ama-
rore, prassii coloris, quae sit ex [illegible], aut repe-
rta in aerariis cupreisque cum mineris fodinis:
quae et in pluribus fodinis reperitur minime probe/

De Vitriolo caput duodecimum.

Vitriolum, Graecis Chalcanthum Lat. atramentum
sutorium est calidum siccum et mordax est.

Vitrioli tria sunt genera. Primum est stillatitium s[eu]
[illegible] sub fine aquae in quodam fodinarum lacu
collectum quod valde expertum facile concrescit.
Secundum est ~~Concretitium~~ infusitium Vitriolum et est glebae
quoddam terrae in terrae cuniculis ac visceribus per
se concretum/
Tertium genus factitium est, dictum coctile quod fit
ex gleba quadam conspersa maculis pluribus
foris rubiginosis, pariginosis resolventibus aquam
effusa, fermentata, solis ardoribus cocta ex-
qua Vitriolum [illegible] eliciunt, qui calore solis aut
ignis in Chalcanthum abit.
Inter factitia eligitur Vitriolum romanum, olim
~~aegypt~~ Cyprium, quod ~~[illegible]~~ germanico praeferendum
granosum, concretum caeruleum ac viride lucidum/
Fossile Vitriolum est Misy [illegible], Chalcitis, et
Soryos particulae, praesertim cyprium, quod com-
mendatum accipit ex aqua viridi [illegible], quae con-
tinuo ex ipsius monte stillicidio delabitur in
speluncam, ablutumque misyn, chalcitin et sorym-

[illegible]

sponteq coagulescit./
Chalcanthum S. Vitriolum natiuum tractu temporis in chalcitim transit, in chalcitide in misy, et misy in sory

De Misy, Chalcitide et Sory cap. XIIIum

Misy, chalcitis et sory sunt quaedam mineralia in fodinis calida, sicut quoque in fodinis vitrioli in montibus Cypri reposita. Itaque misy superiorem locum obtinet, chalcitis medium et sory infimum. Unde facilius dignoscuntur in altioribus minerae./
Misy aliquando comminutum, friabilem, durum auro similem, auri colorem repraesentans, stellarum modo splendens, atque liquescens./
Chalcitis aliquando est viridis, friabilis, non lapidosa, non inveterata, intercurrentibus oblongis venis splendentibusque, promptissime liquescit./
Sory aliquando est crassissimum, lapidosum, vel sedimentum compactum, fricando nigrius, et rudem sapientiam apparet, ac scintillat ut misy, in multa foramina dehiscit, olfactu quidem vero olet, non liquescit, subpingue et adstringens est./

De Alumine caput decimum IIIIum

Alumen   est in varia
terra in Aegypto et in terra varia reposita, quae propter nimiam coctionem in album colorem degenerat, fitque alumen.
Quatuor sunt genera scissum sive fissile, quod

igne

[illegible] vitur: aliud plumbum propter similitudinem
p[er] a flammatum [illegible] plumbum
videtur de lapide amiantho, qui liqui modo plu-
rimis constare lineis intercutatis. 3um max.e vul-
gare p[er]tuale glaciei aut crystalli modo lucidum,
spissum ac durum. Vide alumen supra, unde dicitur
quaedam liquidum limpidumque est.
Eligitur adstringens et album, praefiscidum, fran-
gibile, leve, non ponderosum, et gravi odore./

De Sulphure Caput decimum quintum

Sulphur calidum siccum in 4o gradu est quoddam
genus terrae ignitae in fodinis repertae.
Duplex est sulphur vivum et extinctum./
Eligendum extinctum, oleosum, pingue, viride,
foetidum
Vivum vero sulphur eligitur splendens, pelluci-
dum non lapidosum, forma colore cinericio, intus
cum frangitur bullulat.
Vivum quamvis sit majoris efficaciae pro oralibus
non datur./

De Auripigmento caput xvium

Auripigmentum causticum est et metallica in
mysia Hellesponti fodinis reperta.
Duo sunt genera auripigmenti citrinum et rubrum
Eligendum citrinum ex tenuibus squamulis com-
pactum, et quod facile funditur, et auri colore micans
Aliud est genus glandiae effigie pallidum, -
rubidum colore sandaracham referens, globosum ex

Ponto

in Ponto effoditur et Capadocia quod est summam laudem tenet./

Nonnulli nostri arsenici tria faciunt genera, vocant auripigmentum, arsenicum croceum, sandaracham arsenicum rubrum et risagallum arsenicum album, quod quidam volunt fieri ex arsenico et auripigmenti faecinis partibus./

De Sandaracha caput decimum vij.um

Sandaracha eodem tractu iisdemque viribus donata est atque auripigmentum estque Graecorum lapis in metallicis venis nascens./

Eligenda est russa ad colorem cinnabaris vergens.—

Arsenicum, sandaracha, auripigmentum, risagallum in iisdem fodinis reperiuntur et tantum majori et minori coctione distare videntur. Auripigmentum est a sandaracha et sandaracha ab auripigmento sola coctione differunt./

De Cinnabari caput decimum octavum

Cinnabaris mineralis nativa est insigni rubore nitens nec multum ponderosa, quae in fodinis argenti vivi reperitur.

Cinnabaris duplex est, alia factitia ex sulphure et argento vivo ponderosa lineis velut argenteis et rubris intermixta.

Altera est quae in fodinis argenti reperitur, indictum est servatum in officinis sub forma pulveris eximio rubore nitentis quam alii Cinnabarim, alii vermiculum, alii minium vocant./

Sandix vero est cerussa usta, quae ob eximiam rubedinem sorationi minium ut apud Plinio summum

minium

minium vocatur.
Alia est Cinnabaris dioscoridis quae succus est arboris africae.
Ergo tria sunt genera minij 1mum ex Cinnabari alterum ex Cerusa 3tium ex succo arboris./

De Bitumine decimum Nonum

Bitumen graecis asphaltos calfacit et exsiccat in 2o gradu est veluti quaedam terrae pinguedo aquis superenatans, quae ad littora rejecta concrescit, dessicatur ac durabilissima redditur et facile flammam concipit./
Aliud est bitumen non durum sed liquidum proprie tuo, oleum petroleum vocatum.
Eligendum, Iudaicum est quod ex flumine Jordania fronte subnascitur, grave, nigrum, splendens et validi odoris./

De Naphtha caput Vigesimum.

Naphtha est quidam ut aliqui bituminis nihil aliud est quam bitumen illud album, quod 1mum effluit, dum transcolatur bitumen./

De Ambaro caput Viges. prim.

Ambarum griseum calidum siccum in 2o gradu bituminis quoddam genus est ex mariae fontibus et aluerit, procellarum vi in littora delatum, quod aeri expositum illico deiscatur./
Eligendum rarum, leve, pingue, cineritium, odoratissimum, gratissimum. Ipsum ambarum non poteste malaxari, sophisticatum bene cera malaxatur, -
Ambarum, ambra, succinum, Alectrum, Karabe

Electria

Tostia Sequitur./

De Cerusa caput Vigesimum Secundum

Cerusa refrigerat et exsiccat in gradu et est factitia ex lamina plumbea aceto extracta sic fit.
Lamina plumbea per decem dies suspensa in fictili clausa fimo Vaccino, fimo sepulto et cooperto in quo sit acetum acerrimum decimo die laminae raduntur et crassamentum seu cerusa colligitur et siccatur, teritur deinde, cum aceto coquitur et servatur, aestate fieri debet, ita candida et efficax redditur.
Uritur cerusa donec colorem rubrum acquirat, sitque non Sandaracha, ut quidam putarunt sed Sandix, quae minimum artificiale est./

De Cadmia caput Viges-Tertium

Cadmia calfacit siccat et adstringit sed non sine acrimonia quam tollit lotio ex aq. rosarum.
Duplex est Cadmia nativa et factitia. Nativa est Lapis calaminaris, qui in montibus Cypri reperitur et Cadmia lapidosa et aeraria dicitur./
Cadmia factitia est recrementum vel fuligo metalli in caminis, lateribus et summo fornacis aerariae affixum et officinarum Tutsia est, cuius scilicet factitiae triplex est diria 1.a Botrytis. 2.a placitis, crustosa 3.a ostracitis Testacea./
Eligenda est racemosa, densa, modice gravis, coloris spodii vel ad blanchedinem vergens./

De Pompholyge caput XXIIII

Pompholyx refrigerat, adstringit et exsiccat. –

Est

atq viva Arabum tutia: usta pompholyx favilla metalli, quae in altum evolat et tecto fornacis aerariae haeret.

Eligenda levia, friabilia, subalbida.

Pompholyx officinarum non est vera pompholyx sed potius cadmia factitia.

De Spodio caput Vigesimum quintum

Spodium iisdem pene viribus et scripto praeditum est quibus Pompholyx sed paulo efficacius atq ~~quod ex crassioribus favillis, quae in fornacum pavimentum decidunt,~~ succrescit.

Spodium triplex est Graecorum, Arabum et officinarum.

Spodium Graecorum est favilla e metallo dum coquitur emicans et pavimentis officinarum propter gravitatem affigitur. et hoc in usu est max.

Arabum spodium fit ex radicibus indicae arundinis combustis.

Spodium officinarum sive antispodium est ebur combustum.

De Stibio caput Vigesimum Sextum

Stibium s. antimonium valenter adstringit et refrigerat atq minerale in fodinis Germaniae nascitur.

Stibium optimum est splendidissimum, emicans et confractu crustosum et friabile.

Vix aqua vdo plumbo est simile.

Ex stibio paratur oleum et vitrum medicamentum purgatorium

et

De Lapidibus Pretiosis Sectio Trigesima Quinta

De Smaragdo Caput Primum

Smaragdus sicut et caeteræ est gemma frigida et sicca et temperativa.
Duplex est Smaragdus orientalis et occidentalis
Eligendus durus, purissimus, splendens, pellucidus, unicolor et qui jucundus et perliquidò viriditatem oculis objicit pro [illegible] substituitur l. 2. c. ~~42~~ et. 51.

De Sapphiro caput Secundum.

Duplex est Sapphirus albus et coeruleus.
Eligendus coeruleus, durissimus, splendens, coloris coeli Boodt l. 2. c. 42 et sequentibus./

De Rubino caput Tertium

Eligendus durus, splendidissimus, flammeus, radijs fulgens. Boodt l. 2. c. 10 et sequentibus./

De Granato Caput Quartum

Eligitur rubeus, obscurus, species est rubini vero a quibusdam rubinus subniger dicitur. Boodt l. 2. c. 23 et sequentibus./

De Sardio Lapide s. Corneolo c. 5.

Eligendus non pellucidus sub rubedine quadam

dilutus

diluitur, per carnis colorem repraesentans. Boodt l. 2. c. 80. et sequentibus.

De Hyacintho caput sextum

Eligendus hyacinthus durus, electi coloris, rubentis, magis tamen ex flavo splendens. Rubinus etiam aliquibus dicitur. Boodt l. 2. c. 29 et sequentibus.

De Topasio caput septimum

Eligitur fulvo splendore nitens, plumam facile admittens, qui in aquam fervescentem injectus omnino bullire impedit, sed ita tangendo manu manus sine laesione immitti potest. Boodt l. 2. c. 65. et sequentibus.

De Turchesia seu Turcoide cap. 8^um^

Eligenda quae cyaneo et viridi colore videtur eleganter permistus.
Ejus loco smaragdus ponitur in electuario de gemmis. Boodt l. 2. c. 114. et sequentibus.

De Magnete caput nonum.

Magnes, lapis herculeus, lapis nauticus, optimus habetur durus, non admodum gravis et qui ferrum facile trahit, colore caeruleo ad nigredinem vergente.
Alius niger, alius subrufus est cum scobe ferri limatus. Boodt l. 2. c. 241.

De Lapide Bezoardico cap. decimum

Bezoar lapis est qui in cornibus caprae-

cornutae sylvestris describitur sive cervinus et sodinetia /

Lapis bezoardicus est qui praescribitur qui magnus sive glandis, tactu lenis, colore ex viridi nigricans, in medio concavus. Boodt l. 2. c. 181. et sequentibus /

De Margaritis caput Undecimum

Margaritae parvae se fundum margaritarum nomen servant; si crassae et ponderosae Uniones appellantur qui singuli in singulis conchis reperiuntur /

Eligendae sunt orientales, magnae, corpulentae, orbiculares, tactu leves, albae et nitidae. Boodt l. 2. c. 36. et sequentibus /

De Jaspide caput Duodecimum

Jaspis est lapis qui diversos imitatur colores, reperitur et viridis ex quo lapide vasa maxima quae porcellana vocant conflantur. reperitur et jaspis rubra. /

Eligenda quae sanguinis instar per totum corpus absque alio colore rubet. Boodt l. 2. c. 100. /

De haematite caput decimum Tertium

Optimus esse censetur qui durus, friabilis, simplex nec aequalis, colore cinnabaris. Boodt l. 2. c. 225 et sequentibus / [illegible] /

De Lapide nephritico et Amethysto Caput decimum Quartum

Vide

Vide de Lapide capite 108. 9. et 10 lib. 2i Anselmi Boetij Boodt et cap. 32. 3. 4 et 5. l. 2. eiusdem autoris ubi de ijs fuse agit./

De Pyrite caput decimum quintum

Pyrites s. pyrimas sive deligatur eius simili [illegible] dine scintillans, et qui melle irrigatus vitur [illegible] vide Boodt l. 2. c. 280./

De Smiride caput decimum sextum.

Smiris lapis est ferrugineus ad nigredinem tendente colore adeo durus, ut brunarij eo ad gemmas scalpendas et ad vitra adamantis instar scindenda et arma expolienda utantur./

De Cristallo caput decimum septimum.

Eligendus, durissimus, purissimus, albus, clarus, splendens./

Ex cristallo fit oleum arte chymica praestantissimum calculo ad [illegible] exhibitum cum aq. [illegible] et ad dealbandos dentes plurimum commendatur. Boodt l. 2. c. 73. ~~74~~ 74. 75. et sequentibus

De Gagate caput decimum octavum

Gagates s. Succinum et succinum nigrum dictus. Eligitur consistens, levis, niger, qui ubi igni accenditur odorem bituminis reddit Boodt l. 2. c. paleas attrahit succini instar ad se prolectat. Boodt l. 2. c. 163. 4. 5. 6. et sequentibus

De Lapide Judaico caput XIXmum

Lapis judaicus et gagis dictus lapis est glandis et olivae effigie candidus et lineis inter se aequalibus secundum longitudinem excurrentibus

distinguitur

distinguitur Boodt l. 2. c. 226. p

De Lapide Ætite d'aquil. caput XX^{um}

Est lapis qui in aquilarum nido reperitur. /
Eligendus subrubidus, nitens et splendens Boodt l. 2.
c. 186. 7. 8. 9.

De Opalo capur Viges. primum

~~Pæd~~ Pæderos oculus cati opalus dr.
Eligendus est varius propter suos colores aliarum
gemmarum in se contineat. Boodt l. 2 c. 46.
7. 8. 9. et 50. /

De Spongija capur Viges. secundū

duæ sunt spongiarum species mas quæ stilla p
fœmina, quæ lenis p fungosa est. p flava sit
eligenda.
our spongia fungus marinus est. ℞

De Marmore cap. XXIII. p Vltimū

Marmor dividitur in Jaspin, alabastrum,
p porphyrium. differunt colore et durities. –
porphyrium durissimum est: marmor et reperi
tur album p nigrum.
Solum Jaspin Vnicum est in medicina facilanda
Boodt l. 2. c. 266. 7. &c. /

Finis

Index in Tractatum de Medicamentorum Delectu.

A

B

Bitumen

Bitumen
Blatta bizantia
Bolus armena
Borax
Brassica marina
Brionia

C

Calamus aromatic⁹
Calcanthū
Cadmia
Cancri
Canella
Cantharides
caphura
Caranna
Cardamomum
Carnes
Carpesium
Carpobalsamum
Carthamus
Caryophylli
cassia festula
Cassia lignea
Castanea
Castoreum
Cataputia
Centaurium
Cera
Cera virginea
Cerebella
Chalcitis
Chamaelea
Chrysocolla
Cynae radix
Cinnamomum
Cinnabaris
Cnicus
Coagulum
Cocpa marina
Colocynthis
Coccus baphica
Corallus
Costus
Clematis serpentosa
Cristallus
Crocodylus terrestris
Colophonia
Cubebae
Cucumis sylvestris
Cuscuta
Cyclaminus
Cynosorchis
Cyperus

I

Jaspis
Jaspum
Ichyocolla
Iris
Iuiuba
Iuncus odoratus
Ius Gallorum

K

Karabe
Kermes
Kina

L

Lac
Lacca
Lactuca sylvestris
Ladanum
Lapis aetites
Lapis armenius
Lapis Bezoard
Lapis calaminaris
Lapis cyaneus
Lapis Goaelina
Lapis Judaicus
Lapis Lazuli
Lapis nauticus
Lapis nephriticus
Lapis Sanguinalis
Lignum Aloës
Liquiritia
Liquiritia Succ.
Lithodendrum
Lithodenum
Lumbrici
Lycium

M

Macis
Magnes
Malabathrum
Manna
Margarita
Marmor
Mastiche
Mechoacan
Meconium
Medulla
Mel
Mezereon
Minium
Misy
Moschata nux
Moschus

Mumia
Myristica nux
Myrobalani
Myrrha
Myxaria

N

Naphtha
Nardi spica
Nuclei pinei
Nux moschata
Nux myristica

O

Oculus cati
Ossipux
Ochra
Opalus
Opium
Opoponax

P

Palinpissa
Pes Columbi
Phadrox
Pinguedo
Piper
Pissasphaltum
Pistacia
Pix
Plumbago
Plumbum
Plumbum ustum
Polypodium
Pompholix
Porphyrium
Propolis
Pruna
Psyllium
Pyrites

R

Radix rhina
Radix mechoacana
Rana
Resina
Rhabarbarum
Rhaponticum
Ricinus
Rosa
Rubinus

S

Sacharum

Sacharum

Saccharum candi
Sanum
Sagapenum
Sal ammoniacum
Sal nitrum
Salimca
Salsaparilla
Sandaracha
Sandix
Sanguis hirci
Sanguis caprinum
Sanguis draconis
Santalum
Sapphirus
Sarcocolla
Sardius lapis
Sassafras
Satyrium
Scammonium
Schoenanthum
Scincus
Scorpiones
Scylla
Sebestes
Senna
Serum lactis
Siricia
Smaragdus
Soldanella
Sory
Sparthum
Spica nardi
Spodium
Spongia
Stacte
Stibium
Stoechas
Strobili
Styrax
Succinum
Succinum nigrum
Succ' liquiritiae
Sulphur

T

Tachamacha
Tamarindi
Tartarum
Terra armenia
Terra lemnia
Terra sigillata
Terra Thymelaea
Testicul' Canis
Teucrium
Terebintina
Thimelaea
Thus
Thymelaea

Thymus
Tragacantha
Toposium
Tormentilla
Turbith
Turbethia
Turpethum
Tuthia Arabum
Tyrua

V

Vinum
Vipera
Viscus quercinus
Vitis alba
Vitriolum
Umbilicus marin⁹
Unguis odorat⁹
Unio
Usnea

X

Xyloaloë
Xylocassia

Z

Zedoaria
Zibetum
Zinziber
Zopissa
Zyzypha

Finis

Brevis ac Compendiosa Anatomica Enarratio

Quid Pars

Anatomiae subjectum est Pars.

Pars est Corpus toti cohaerens eiq[ue] vita conjunctum, ad illiusq[ue] functionem usumq[ue] comparatum. Partis definitio

Quid in qualibet parte spectandum

Tria. structura, actio et usus. Structura not[a]: illigo ea quae partem constituunt: s[c]. substantia, temperies et conformatio: Conformatio consistit in symmetria figurae, magnitudinis, numeri et situs: ad figuram referuntur superficies, meatus et cavitates: ad situm: sedes partis et connexio cum aliis. /

Actio spectat motus est partium factivarum s[eu] motus agentis: Actionis definitio

Actiones aliae sunt com[mun]es ut nutritio: aliae propriae, quaeque sunt principes, vel principibus ministrantes. /

Usus est aptitudo quaedam ad agendum. Usus definitio

Partium divisio in Principes et ignobiles

Pars princeps est quae ad individui conservationem est absolute necessaria: et quae facultatem toti largitur: vel saltem eadem indiget. partis principis definitio

Itaque tres sunt tres partes principes Cerebrum, Cor, Hepar. partes principes quae

Ignobilium partium aliae sunt defendentes, aliae praeparantes, Emunctoria aliae principium partium [illegible] dicata partium ignob. divisio

Dicata.

Partium Corporis divisio

partium divisio — Partes dividuntur in similares et dissimilares.

partis slaria definitio — Pars similaris si [struck: forma] materiae consideretur, definitur qua in partes spe[cie] dictas [struck: non] dividitur. Si forma sive figura spectetur definitur qua undique uniformis est figurarum.

partis slaris essentia — Partes similares essentia posita est videtur in temperamento calidi frigidi humidi et sicci. [struck: Vide] propterea sunt partium similarium est dicitur quae est πρῶτον δεικτικον primaque vim cum qua corpus quam sunt agit et patitur, quaecunque agit et patitur sunt similares et similares est.

partis slaris usus — Usus et utilitas partium similarium duplex. Ut ex his fiant dissimilares: 2. ut sint sedes virtutum sensificarum.

Obliqui duo sunt motus quorum alter dextrum alter in sinistrum sui latus. hoc motum faciunt 4.or obliqui, majores duo a spina 2dae vertebrae ad apophysim transversam 1ae producuntur. Minores duo ab eo loco ad occiput feruntur.

~~De Musculis~~ Colli caput ~~XXI~~

Obliqui motus alter in dextrum alter in sinistrum latus hoc motum faciunt alterius partis flexor cum extensore opposito.

Circularem motum faciunt parvi 4.or musculi obliqui dicti minores ~~duo a medio occipito producuntur~~ in transversae 1i spondyli apophysim inseruntur. ma[jores] duo a spina 2dae vertebrae ad apophysim transversam 1ae producuntur. /

— recti 4.or

— Gargavizante duo sunt musculi ... suspendentes ... inferunt. /

— obliqui 4.or

— recti in medium occiput

De Musculis colli caput XXII

Cervix flectitur, extenditur, et ad latera movetur.

Flectunt cervicem longi duo sub oesophago latitantes a corporibus superiorum vertebrarum thoracis orti in 1am cervicis vertebram nonnunquam in occiput inseruntur. — longi 2.

~~Extendunt collum~~ Scaleni duo a 1a costa singulo orti in transversas fere omnium vertebrarum cervicis apophyses fibris obliquis inseruntur. — Scaleni 2

Extendunt collum transversi duo et spinati solidi transversi a processibus dextris transversis vertebrarum thoracis — transversi

thoracis orti in transversas oss. cervicis apophyses ~~Semi~~

Semispinati 2. Spinati a radicibus spinarum thoracis pronati in spi-
nas cervicis desinunt /

Motus ad latera fit ab altero flexore et extensore simul
agentibus /

De Musculis Scapularum cap. XXIII

Scapulam movent dicti musculi proprii 4or et duo com-
proprii sunt Trapezius, levator proprius, Rhomboides,
et Serratus minor anticus. Com. Latissimus et pecto-
ralis /

Trapezius Omoplatam sursum movent trapezii portio et leva-
tores proprii. Trapezius s. cucullaris, ab occipitio
fere toto, ab omnibus cervicis spinis et octo superioribus thor-
racis natus in totam omoplatae ~~basin~~ spinam et basin
fere mediam inseritur in quo varia sunt fibrarum
genera

Levatores proprii Levatores proprii a 1a 2a et 3a cervicis vertebra nati
in angulum superiorem omoplatae inseruntur.

Deorsum movent portio inferior trapezii ~~et~~ et
portio latissimi

Serrat. minor anticus Antrorsum movet unicus serratus minor dictus q(ui)
a costis quinque superioribus pronatus in processum cora-
coideum implantatur.

Rhomboides Retrorsum movet unicus Rhomboides dictus qui ori-
tur a tribus spinis inferioribus cervicis, et tribus
superioribus thoracis et in totam fere basin scapulae in-
seritur

De musculis Brachii caput XXIV

Brachium sursum, deorsum, antrorsum, retrorsum et in orbem

movent

Libro Quinto

monentes [novem] octo musculi

Quorum movent deltoides et supraspinatus

Deltoides, similis et trapezius oritur a media clavicu- Deltoides
la, acromio, tota scapulae spina et inseritur in
medium fere brachium

Supraspinatus a cavitate supra omoplatae spinam Supraspinatus
oritur et sub acromio delatus in brachii cervicem
inseritur.

Deorsum movent latissimus et rotundus major

Latissimus, ani scalptor seu dorsalis max dict. Latissimus
oritur a spinis ossis sacri, lumborum et sub hu-
meri caput inseritur.

Rotundus major ex ima omoplatae costa oritur et rotund. major
in brachii cervicem inseritur.

Antrorsum movent pectoralis [et coracoideus et pectoralis] qui a clavi plusquam pectoralis
dimidia oritur, sterno prope toto, costis 6. 7. et
8a et in brachii os inter deltoidem et bicipitem
inseritur | coracoideus di portio bicipitis oritur a coracoide
et inseritur in medium brachium

Retrorsum movent tres musculi infraspinatus
rotundus minor, et subscapularis.

Infraspinatus a cavitate quae infra scapulae infraspinatus
spinam est oritur et in brachii caput ac cervi-
cem inseritur

Rotundus minor a costa inferiore scapulae ort. rotund. minor
in brachii cervicem et humerum interiorem fertur

Subscapularis simul totam cavam et internam subscapularis
omoplatae partem occupat et in cervicem brachii
inseritur.

Reti si postremi musculi semicircularem motum
edunt. omnes vero brachii musculi successive
agentes orbicularem edunt motum.

De

De Musculis Cubiti cap. XXV

Biceps — Cubitum flectunt musculi duo biceps et brachiaeus. Biceps duo capite oritur ex ora cavitatis glenoidis, quod sinuosum brachii defertur: alterum ex coracoide processu et in anteriorem radii partem inseritur.

Brachiaeus internus — Brachiaeus internus oritur a media parte brachii et inseritur inter radium et cubitum qua paulo ante colligantur.

Extendunt cubitum 4 musculi Longus, brevis, brachiaeus externus et Anconaeus s. cubitalis.

Longus — Longus oritur a costa inferiora omoplatae prope cervicem et inseritur in olecranum.

Brevis — Brevis oritur a cervice postica ~~o...~~ brachii et in olecranum cum longo inseritur.

Brachiaeus externus — Brachiaeus externus cum longo et brevi confunditur.

Anconaeus — Anconaeus oritur ab inferiori et postica brachii parte et inseritur in cubiti partem lateralem pollicis longitudine infra olecranum.

De Musculis Radii cap. XXVI.

Radium movent musculi 4 pronatores duo et supinatores totidem.

pronator rotundus — Pronator rotundus ab apophysi interna brachii oritur et oblique inseritur in medium fere radium ~~insertio~~.

pronator quadratus — Pronator quadratus ab imo cubito in imum radium transversim fertur.

Supinator longus — Supinator longus ab acumine brachii supra

condylum

condylum externum enascitur et in interiorem radii pro-
tem insertur

Supinator brevis ab apophysi externa brachii in medi-
um fere radium fertur. [supinator brevis]

De musculis Carpi caput XXVII

Flectunt carpum musculi duo interni

Cubiteus internus oritur a brachii apophysi in-
terna et in 4um os carpi insertur [cubiteus internus]

Radiaeus internus ab eodem fere oritur et in os
metacarpii indicem sustinens insertur [radiaeus internus]

Extendunt carpum musculi duo externi

Radiaeus externus ~~ab eodem fere oritur~~ bicornis
oritur a brachii externa apophysi et altero tendine
in 1um os metacarpii; altero in sedem insertur [radiaeus externus]

Cubiteus externus ab eodem fere ortus in os 4um
metacarpii insertur [cubiteus externus]

oblique motum flexori et extensori oppositum

De musculis Digitorum 4or cap. XXVIII

Digitos 4or flectunt musculi tres palmaris, subli-
mis et profundus

Palmaris ab interna brachii apophysi interno
fere oritur et tendine tenui et lato in totam vo-
lam manus diffundit ad 1um internodium digitorum. [palmaris]

Sublimis ab interna brachii apophysi enatus qua-
druplici tendine in sedem 4or digitorum articulum in-
sertur [Sublimis]

Profundus ab eodem tuberculo oritur et in totidem
mediarum tendines scinditur, qui 1ae et 2ae digitorum
4or articulis membranaeque ligamenta affixi tandem in
3um articulum inseruntur, eumque soli flectunt.

extendit

extensor magnus — Extendit digitos extensor magnus cum anni cu- lari p[ro] indici proprijs, oritur ab externo processu brachij p[er] multiplici tendine in dorsum p[ro] tertium articulum 4ᵒʳ digitorum varie insertus./

Lumbrici — Adducunt digitos parvi 4ᵒʳ lumbrici p[ro] verni cu- laris dicti qui orti a tendinibus profundi mus- culi obliquus ad extremam tertij articuli partem in- seruntur./

interossei — Abducunt digitos interossei in metacarpij spatijs la- titantes tot interni externi totidem, qui oriuntur ab ossium metacarpij partibus superioribus juxta carpum p[ro] in 1ᵒ internodio brevissimo tendine trans- euntes digitorum ossa prompte lateraliter usq[ue] ad radicem unguium ubi cum vermicularibus eorum./

De musculis Pollicis caput xxix

pollicis flexor — Pollicem flectit musculus unus proprius qui à superiore parte radij parte enatus in ultimum articu- lum insertur./

pollicis extensor — Extendunt pollicem duo a cubito exorti prior in 3ᵘᵐ articulum unico tendine insertur: posterior bi- fido tendine in varias pollicis partes definit./

antithenar — Adducit pollicem antithenar qui ab osse 1ᵒ meta- carpij ortus in latus pollicis quod indicem spectat insertur

thenar — Abducit thenar qui ab interna parte carpi sub pollice ortus in dorsum pollicis phalangem insertur./

De musculis respirat. dicatis cap. xxx.

Respiratio duplex libera & coacta. illam perficit diaphragma. Hanc musculi ~~lxiiij~~ Quorum 32. inservitur dilatat. thoracis 32. ejusdem constrictioni

dilatant

Dilatam thoracem. 1. Subclavius qui ab anteriore jugulo ortus obliq. antrorsum in primam costam insidit — *Subclavius*

2. Serratus major qui ex interiore scapularum basi enatus in sex aut 7 superiores costas serratim insiditur — *Serrat. major*

3. est obliquus descendens epigastrij — *obliquus descendens*

4. Serratus posticus superior oritur a tribus spinis inferioribus cervicis et 1a thoracis et obliquus in tres costas superiores tripartitus insidit — *Serrat. posticus superior*

5. Serratus posticus inferior oritur ex inferioribus dorsi et superioribus lumborum spinis ~~promotus~~ in tres quatuorve inferiores costas digitatim insiditur. / — *Serrat. posticus inferior*

Intercostales externi XI. ὑ μεσόπλευροι ex superioris costae parte inferiore orti, oblique in inferioris partem superiorem feruntur et ad sterni cartilagines desinunt in internis spatiis ossibus intercartilaginea. / — *intercostales externi*

Contractioni thoracis inserviunt XI intercostales interni, qui ab ~~inferiore~~ superiore inferiora ~~latere~~ costa ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ ~~costa~~ in ~~latum~~ superiorem costam ~~inferiorem~~ obliq ~~antrorsum~~ insiduntur. fibras in modum X intersecantes cum. — *intercostales interni*

12. Triangularis internam sterni partem occupans oritur ab inferiore sterni parte et sursum protensus cartilagines deorsum adducit, pectusque angustat. / — *Triangularis*

13. Sacrolumbus ab osse sacro et spinis lumborum ortus in superiores costas desinit processu — *Sacrolumbus*

dorsum

earum radicibus p duplici tendine extitit singulis alligatur

Cuspidosum vel epigastrij musculi obliquus ascendens, rectus p transversus./

De Diaphragmate cap XXXI

diaphragma — Diaphragma oritur a lumborum vertebris quibus duorum tendinum interjectu alligatur tum a nothârum costarum extremis p a bin sterno ossibus p cartilagine xiphoide totus carnosus. Desinit in validissimum tendinem circularem p membranosum

De musculis Abdominis cap XXXII

obliqu descendens — Obliquus descendens s. exterior a septem aut 8o inferioribus costis ducitur serratim implicatus p ad superiorem ossis pubis p ilium partem delatus aponeurosi nervata in lineam candidam desinit./

obliqu ascendens — Obliquus ascendens s. interior a spina ossis pubis, ~~apice~~ totius costae ossis ilium oritur p a 4a nothârum costis duplici tendine rectum musculum amplexante in lineam candidam insertus./

Rectus — Rectus ~~ab osse~~ supra pubis antica ~~exsurgens~~ in cartilaginem xiphoidem insertus

transversus — Transversus oritur a transversis vertebrarum lumborum apophysibus, inferiore ossis ilium costa ad internas nothârum costas interne affixus usque ad cartilaginem xiphoidem lata aponeurosi in lineam candidam.

desinit.

Pyramidalis s. succenturiatus ab osse pubis ex- pyramidalis
terno ortus et in parte inferiori in medium recto-
rum inseritur.

Horum omnium musculorum et compressorum ~~abdominis~~ usus est
compressio, unde si fiunt fortium excretio, val-
da expiratio, spiritus cohibitio et foetus expulsio

Musculi abdominis agunt extrorsum incurvati,
et introrsum intumescunt.

De Musculis dorsi et Lumborum cap. xxxii.

Statim ~~lumbos~~ dorsum musculi duo utrinque visuntur trian- triangularis
gularis qui a superiora posteriore cavitate ossis
ilium, nec non a superiore posteriore ossis sacri parte
enatus, supra lumborum vertebras excurrit
et transversis earundem processibus in infimam
costam desinit: ~~sed~~ ~~horum~~ alter solus agit
in latus movet ~~lumbos~~ dorsum

Extendunt spinam 4or musculi utrinque duo
1us est semispinatus qui a spinis omnibus ossis semispinatus
sacri enatus in apophyses transversas lum-
borum totiusque thoracis desinit
2us sacer a posteriore ossis sacri parte exortus sacer
in radices spinarum dorsi vertebrarum producitur

De musculis Ani caput xxxiii

Ani musculi sunt 4or sphincteres duo et levatores totidem.

Sphincter internus ab inferioribus vertebris sphincter carnosus
ossis sacri ortus recti intestini externo implicatur

anum

anum cingit annuli instar./

Sphincter externus Sphincter cutaneus nihil aliud est quam cutis indurata carnosis fibris septa./

Levatores Levatores duo oriuntur ex lateribus et internis partibus ossis pubis et ischij vel potius ex ligamentis a coxyge et ischio prodeuntibus, et ad anum quisque latus deorsum protensi, rectum intestinum amplexantur, sphinctere ipsius tunica inserti./

De musculo Vesicæ caput XXXV

Vesicæ sphincter Vesica urinæ est musculus sphincter dictus in 1a cervice vesicæ situs./

De musculis Testium cap. XXXVI.

cremasteres Testium duo sunt musculi cremasteres s. suspensorij dicti qui oriuntur ab extremis obliquorum et transversorum finibus et peritonæo simul productionibus gaudentes, in testes finiuntur./

Quidam norunt cremasteres in utero muliebri, membranam scilicet peritonæi, fibris carnosis conspersam, quæ uterum suspendunt./

De musculis Penis caput XXXVII

Penis 4or sunt musculi erectores duo et totidem accelleratores

Erector Erector s. director ab interno tubere ischij nat. et lig.to penis attensus lateraliter ad medium

penis

penis corpus pertingit

Accelerator ab ani sphinctere et tubere interno isc- accelerator
hij oritur et cum suo pari urethrae substratus
ad medium usque penis producitur. Seminis sta
culandi accelerat et guttas ex urina in vesica col- prostatas comprimendo
lectas protrudit

Clitoris duos et spiguos musculos tensionis erector.
dicatos.

De musculis femoris cap. xxxviii

Flectunt femur musculi duo Psoas et iliacus q
bus addunt pectineum

Psoas oritur a lumborum superioribus vertebris psoas
et valido tendine in trochanterem parvum anticè
inseritur.

Iliacus a tota cavitate ossis ilium, natus in eum iliacus
dem trochanterem parvum inseritur.

Femur extendunt tres glutei max.us, medius et
minimus

Max.us oritur a coxyge, osse sacro et superna max.us glutaeus
ossis ilium costa oblique descendens, in femoris
os, palmum sub trochantere magno desinit.

Medius ab anteriore parte costae ossis ilium in tro- medius glutaeus
chantera magnum inseritur

Minimus ab eadem facie externa, sed interna ma minimus glutaeus
gis ortus in trochanteris magni supercilium
internum fertur

Adducunt tres quibus pro uno numeratis vo
cantur Tricipites

1.us a commissura summa ossium pubis exortus Triceps

spina

Spina, in osse femoris interius sub ipsius ossis me-
dio inseritur

2 2us ab ima pubis commissura, sub trochantere par-
uo inseritur./

3 3us ab eodem oriatur principio, in parvi trochanteris
radicem figitur./

Abductorum coxae post dictos circumagunt femur sex
musculi Quadrigemini et obturatores duo

Quadrigemini — Quadrigemini a tubere ischij orti, situ trans-
uerso in trochantera magnum inseruntur. [1]
[2us quadrigeminus ab imo osse sacro et externo. 4us ab interno tubere ischij]

obturator externus — Obturator externus a toto foraminis externo
[quod inter os pubis et ischij]
ambitu natus, in cauum trochanteris magni
figitur.

obturator internus — Obturator internus ab interno foraminis
ambitu exortus supra coxendicem extrorsum
trochleae instar reflectitur et varijs tendonibus
in trochanterem magnum inseritur./

De musculis Tibiae cap. XXXIX.

Seminervosus — Tibiam flectunt musculi 4or postici, 1us Seminervo-
sus a tubere ischij in posteriorem ac interiorem
tibiam desinit.

Semimembranosus — Semimembranosi eadem origo et insertio

Biceps — Biceps altero capite a commissura ossis pubis
altero ab exteriore femoris parte enascitur et uni-
co tendine in posteriorem [externam] tibiae partem inseritur
[tibiam flectit et intro adducit]

Gracilis — Gracilis posticus ortus a linea [qua] ossium ischij
et pubis designat coalitum [coalitum] in partem tibiae
internam inseritur./

Extendunt tibiam [rectus, Gracilis] vasti duo et Crureus [tibiae Iunctura]

Rectus a spina [antica] ilium oritur — Rectus

Vastus externus a radice tota trochanteris majoris et convexo ossi subjecto nascitur — Vast^9 extern^9

Vastus internus a trochantere parvo et osse subjecto oritur — vast^9 intern^9

Crureus ab osse femoris antico prodit ejusdem gracile. 4^e dicti musculi in latum tendinem desinunt qui rotulam operit et bene ligat./ — crureus

Adducunt tibiam duo musculi qui dum intro flectunt Longus et popliteus

Longus [s. sutorius] ab ilij spina exortus obliquus tibiam internam et anticam definit — Longus

Popliteus ab inferiore et exteriore femoris tuberculo ortus in interiorem tibiae partem insertur — popliteus

Abducit tibiam membranaceus musculus s. fascia lata oritur a spina ossis ilium et obliq in tibiam externam fertur et ad extremum ferè pedem excurrit./ — fascia lata

De musculis Pedis caput XL

Pedem flectunt tibiaeus anticus et peronaeus biceps

Tibiaeus anticus a superiore tibiae processu ortus tendine duplici in os pedis pollici praepositum desinit — tibiaeus antic^9

Peronaeus biceps altero capite a fibula superiore epiphysi, altero a medio peronei exortus, duplici — peronaeus anticus

tendine

majore ... ...

tendine ... a ... sub planta pedis in os pedis e regione pollicis: minori vero in os minimi digiti fertur.

tibiae ... posticis

Extendunt pedem ... duo soleus & plantaris

Gastrocnemius internus — Gemellus internus s. Gastrocnemius internus ab interno femoris condylo oritur

Gastrocnemius externus — Gastrocnemius externus ab externo femoris condylo oritur qui cum interno in calcem posticam inseritur. latumque tendinem efformant cum Soleo.

Soleus — Soleus oritur a tibia & peronei commissura

plantaris — Plantaris oritur ab externo condylo femoris superno & oblongo tendine in planta totius cutim absumitur.

De musculis Digitorū pedis cap XLI.

Digitos flectunt duo Longus et brevis.

Longus flexor digitorum — Longus digitorum flexor oritur a superna tibia epiphysi & sub planta pedis quadruplici tendine in tertiam 4r digitorum articulationem inseritur.

flexor brevis s. perforatus — Brevis ab externa inferna oritur 4r perforatis tendonibus in secundum articulum 4r digitorum inseritur

Digitos extendunt musculi duo Magnus extensor & minor extensor digitorum

extensor magnus — Magnus extensor digitorum oritur ab antica tibia & interna qua parte fibulae jungitur & annulari ligamento praetervectus in 4r digitorum articulos porrigitur

Minor

minor extensor ortus a pedis astragalique parte superiori et exteriori et suis tendinibus in ossa primi internodij articulorum inseritur. — minor extensor

Adducunt digitos Lumbrici 4 — a musculi magni digitorum flexoris tendinibus orti. — Lumbrici

Abducunt interossei octo a pedij ossibus orti et interossei spatia metapedij opplentes. flexioni etiam inservientes

Pollex flectitur unico musculo ~~a tibia~~ pro dimidio a superiori parte fibulae — pollicis flexor

Extenditur ab altero a tibia exteriori latere exorto ubi et ei seu a fibula qui tendine bifido uno quidem in pollicis ultimum articulum; altero in os metatarsi pollici substratum desinit. — pollicis extensor

Pollex adducitur unius musculi opera ossi pedij maxi ~~[illegible]~~ inter attentis — pollicis adductor

Abducitur ab alio qui a calcis interna parte carnoso ductus proprio in primum pollicis os inseritur. — abductor

Minimus digitus peculiarem habet musculum abductorem qui a calce exoritur. — digiti minimi abductor

Liber Sextus

Humani corporis Diuisio-

Caput Primum

Vniversum corpus diuidimus in tres regiones, supremam, mediam, infimam et artus — corporis diuisio

Suprema regio a vertice ad primam vertebram vel — prima regionis circumscriptio

Corpus vero diuiditur in caput truncum et artus, potius trunci tres sunt partes collum thorax et venter inferior

clavicula circumscribitur. Suprema haec regio animalis dicitur et officina est ad animi et rationis sedis tutelam.

2a regionis — 2a Regio, Venter medius et Thorax appellatur. Superiori parte clavicula clauditur; inferiori cartilagine xiphoide et diaphragmate; dextra et sinistra parte 12 costis; anteriori osse pectoris; posteriori dorso; undique continetur musculis quamplurimis; intus membrana costas subtendens. Regio haec vitalis dicitur. partim officia est ad robur cordis et ad efformandam cavitatem; partim cautela ad systoles et diastoles motum.

3a regionis — 3a regio Venter inferior et κοιλία dicitur. Superiori parte xiphoide et diaphragmate; inferiori ossibus pubis, ilium, ischium; posteriori lumborum vertebris et osse sacro; anteriori toto abdomine circumscribitur. Regio haec naturalis dicitur anteriori parte tota carnea est, quia contrahi et distendi debebat ob alimenti coctionem, excrementorum expressionem, ac foetus gestationem.

Ventris inferioris Divisio cap. iium

1a ventris inferioris divisio — Venter inferior, κοιλία, γαστὴρ, κενεὼν a Graecis dicitur [illegible] dividitur in anteriorem et posteriorem.

~~Ventris~~ anterioris divisio — Anterior Gal. ἐπιγάστριον Arab. mirach L. abdomen dividitur in tres regiones supremam s. epigastricam; mediam s. umbilicalem; et inferiorem s. hypogastricam.

Epigastrica

Epigastrica a xiphoide cartilagine duobus di-
gitis supra umbilicum extenditur cujus pars
media nomen totius retinet laterales hypochon
dria appellantur./ — *Epigastrica*

Umbilicalis duobus digitis supra et infra
umbilicum continetur cujus pars media
umbilicus, ὀμφαλός, ῥίζα γαστρὸς radix ven-
tris, umbilici a media parte: μεσομφάλιον,
γαγγαμών, γραῖα vetula dicitur partes latera-
les lumbares dicuntur./ — *umbilicalis*

Hypogastrica ~~adeo~~ iss. ἦτρον, νείαιρα et
νειαίρη. Zdos. aqualiculum. alii vocant sumen
sumen, ὑποχόλιον ad pubis ossa pertinet:
media sine parte / hypogastrium dicitur partes la-
terales Ilia. Rursus hypogastrii pars in-
ferior in dextram sinistram et mediam divi-
ditur: Media ἐφήβαιον, ἥβη, ἐπίσειον, ἐπιχ-
τένιον, ~~L. pect~~ [hortus] κῆπος, [campus] πεδίον, [pratum] λειμών, [clamna] εὐδιαῖος
[lagena] βρόχετος, χαράδρα κλιτόριον L. pubes: pecten
Laterales partes βουβῶνες inguina dicuntur — *Hypogastrica*

Posterior ventris inferioris pars a extremis
costis ad ossis sacri extremum extenditur,
διάζωμα vocant id est cincturam, s. lumbos. cujus
pars superior pulpa dicitur inferior in dextram
sinistram [s. nates] et mediam dividitur quae πυγή dicitur. — *ventris posterioris divisio*

Venter inferior dividitur in partes contentas
et continentes, continentium aliae sunt com-
cuticula, cutis, adeps, panniculus carnosus, — *2a divisio ventris inferioris*

f

p coīs musculorum tunica: propria sunt peri tonaum p abdominis musculi: partum vero contentarum quadam concoctioni, nonnullas quoque aliis procurationi inservium./

De cuticula caput Tertium

noā varia — Cuticula br. ἐπιδερμίς hal. cutis superficies, Alijs superior pellicula dr. p definitur Tenuissima cutis efflorescentia, caeparum pelliculis

definio. — tenuioribus similis, insensilis et pene exanguis è cutis excerto non halituoso, non aqueo, sed crassiore pronata

cuticula usus. — Cuticula usus sunt. 1us in sit medium tactus.

2us — 2us in cutem veram ab externis tueatur.

3us — 3us in cutem ne sudor continuo effundat./

4us — 4us in vasorum ad cutem pertingentium oscula occludat./

5us — 5us in cutis ornamentum sit./

De cute caput Quartum

varia noā — Cutis δέρμα, δερὰς, δέρος, δέρρις Hipp. δέρμη, φορίνη, χρῶμα. Hom. ἀνθρωπίνη Herod. δερβισης alijs δέρσιης. δέρρος L. cutis, corium, aluta, pellis dr. Definitur membrana omnium amplissi-

definio — ma p crassissima ex seminis p sanguinis permistione genita, temperiem moderatam obtinens, optimi tactus verum organum, p subjectarum partium tegumentum, munimentum, ornamentum./

Cutis foramina et conspicua in iis oculis alia alia insensibilia ad διαπνοὴν ἄδηλον et sudorum ac fuliginum exclusionem.

Cutis varia sunt dicta quae ost a substantia, conneξu, motu, sensu, et pilis petenda sunt. Dicta

Varij sunt usus cutis. 1us ut sit organum tact. Usus 1
2us ut usum corporis obtinet vestiat, partimque 2
substantiam calorem foveat.
3us ad totius corporis συμμετρίαν et unionem 3
4us ad partium substantiam tutelam 4
5us ut totius corporis sit tenus. 5
Quidam corporis vesti cutem circumductoriam vocant

De Adipe caput Quintum

Adeps, pinguedo, λίπος dr. differunt quod — nōa varia
pinguedo s. πιμελή L. axungia Laridum mollior — adeps pro parte membranis debet aliquis fertur in laudes sternum affixus:
humidiorque est. Adeps vero sebum s. στέαρ crassior
est et siccior
Adeps definitur pars corporis ex pingui et definio
tenaci atque frigida sanguinis portione genita, quae
per tenues vasorum tunicas rori instar exsudat,
moxque affusa frigidis exsanguibusque membranis
a debili earum calore et siccitate crassescere et
cogitur: ad nativi caloris custodiam, partium sub- Usus adipis
stantiarum et vasorum tutelam, motus facilitatem, varij
et calidarum partium humectationem et refrigerationem

De Panniculo carnoso cap. Sextum

Panniculus carnosus membrana est carnea universum obtegens cujus tres sunt usus.

1us

1. usus 1us ut venarum, arteriarum et nervorum propagines quae ad cutem feruntur, fulciat.

2 2us ut sanguinis vapores crassitie sua retineat et in adipem convertat

3 3us ut musculos ab externis tueatur.

Partium continentium propriarum descriptio caput 6um.

De musculis abdominis actum est l. quinto.

De Peritonaeo caput octavum

Nomina varia Peritonaeum G. περιτόναιος χιτών, περιτόναιον σκέπασμα. Hipp. γ. ερο. περιτόναια. Arabibus

descriptio Syphac. membrana est spermatica sed aliquatenus oblonga tenuis quidem sed firmissima, duplex et expansa posterior crassior anteriore tenuior. Viris a xiphoide ad umbilicum est crassior ob ventriculi multa crapula distensiones: foeminis contra ab umbilico ad pubem crassior, ob foetus gestationem.

observatio Observa eas partes peritonaeo tum contineri quas alii vena porta, alii vero intra duplicaturam latitare ut renes et vesica.

1us usus Peritonaei usus sunt. 1us ut regionis infer. partes omnes investiat, unde ipsis eorum largitur tunicam.

2 2us ad partium contentarum tutelam

3 3us ut sicci alvi excrementa eius manu prementi citius propellantur.

4 4us ut partium contentarum distensiones constringendo impediat.

5 5us ut partes contentae tuto colligentur suisque sedibus

fixa

De vasis umbilicalibus cap. IX

Vasa umbilicalia sunt 4. Vena una, arteriae duae et οὐραχός. / — vasa umbil. quot et quae

Vena a radicibus venae portae et cavae hepatis ortum ducens hepaticae rimam et scissuram egreditur inter duas peritonaei tunicas delata ad umbilicum foetus. Venam umbilicalem vocant. / — Vena umbil.

Arteriae duae a ramis iliacis prodeuntes peritonaei membranis suffultae, sursum ad umbilicum procurrunt arteriae hae spiritus vitales impertiunt — Arteria umb.

Οὐραχός a vesicae fundo oritur ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ / — οὐραχός

Quatuor haec vasa foetu in lucem edito tum eorum vasorum usus vacat et evanescit in ligamenta degenerant hepar que ac vesicam suspendunt. / — in adultis. /

Partium in ima regione contentarum brevis delineatio cap. X.

Partium contentarum ima regione duo sunt genera, aliae coctioni, aliae procreationi suam dicarunt operam. /

Coctio officialis seu communis duplex est χυλώσεως et αἱματώσεως.

Chylosi inserviunt ventriculus, intestina, et chyloseos organa epiploon. Ventriculus cibum coquit, reliqua intestina distribuunt perficiuntque: crassa faeces

astruebam. Epiploon ventriculi coctionem juvat./

Sanguificationis organa — Haematosi inserviunt vena meseraicae, hepar, vena cava, vesicula fellea, lien, renes. Venae meseraicae chylum praeparant. Hepar sanguinificatum et ruborem indit. Vena cava sanguinem distribuit. Vesicula, renes, lien totum ἀιματώδειος illuviem expurgant./

Generationis organa — Partes procreationi dicatae, aliae sunt virorum aliae foeminarum. Virorum sunt genitalia spermatica vasa, testes, pudendum; mulierum eadem vasa et uterus./

De Epiploo caput undecimum

nomina varia — Omentum s. ἐπίπλουν, γαγγαμόν, σαγήνη, Arist. ἐπίπλουν πημελώδης Hipp. δέρτρον et τὰ ἐπίπλοα.

Substantia — Epiploon substantia [para] est membranacea ex duabus tu-

ortus — nicis (quarum superior ex anterior a sinu ventriculi parte et sinu lienis: inferior vero et posterior a peritonaeo statim sub diaphragmate ortum ducit.) Venae a porta, arteriae quam plurimae (a coeliaco et mesenterico ramo) et nervis numeris (a sexta conjugatione et ad epiploo contexta marsupii similitudinem referens

figura, situs et connexio — imo ventriculo et superioribus intestinis obtensa soli colo intestino alligata./

1. usus — Epiploi usus sunt 1. ut ventriculi et intestinorum calorem foveat et coctionem juvet.

2 — 2. ut venae portae ramos in lienem, ventriculum, duodenum et colum distribuendos suffulciat et arterias ac nervos sustentet.

3.º ut volitantes per imum ventriculi vapores — lentos retineat et in adipem convertat./ 3.º
4.º ut colo intestino mesenterij vicem gerat 4.º
5.º ut copiosus sanguis ab intestinis influens in omento velut in aestuario asservetur. 5.º

Intestinorum Universalis descriptio caput Duodecimum.

Intestina Barb. [illegible], interanea. G. ἔντερα, nec varia ἔνδινα, χολάδες, ἐγκοίλια, ἔγκατα./

Intestina definiuntur corporea membranea, duabus proprijs tunicis et tertia communi venarum (a vena porta trunco, et ramo mesenterico et) arteriarum surculis (a ramo coeliaco et mesenterico) nec non nervulis (a sexta conjugatione) villis rectis et transversis contexta, anfractuosa, oblonga, rotunda et concava, ab imo ventriculo ad extremum podicem protensa: coquendo, alterando et distribuendo in jecur chylo, expurgandisque faecibus a natura instituta./

descriptio — *Substantia*: duabus constant tunicis ad expulsionis robur et ut ab injurijs externis sint tutiora — *figura* — *Usus*

Tunicarum propriarum interior rugosa est (ut chylum remoretur) pingui concretoque suo moro seu muco oblita (ut cavitate sua et crassitie bilis obtundat acrimoniam) ^ nervosa et carnea tum fibris conspersa: exterior vero carnosior./
^ contexta quadam obducta ut et ventriculus./

Intestina septies corporis aequant longitudinem *longitudo*

Umbilicales

Sedes — umbilicalem et hypogastricam regionem occupant intestina tenuia, quae mediam sedem obtinent, crassa undiquaque sepimenti instar illa obvallant.

Connexio — Dorso alligantur intestina interjectu mesenterii.

Intestinorum Peculiaris Διαγραφη seu Delineatio caput XIII

Differentia — Intestinorum differentiae petuntur a substantia, officio, figura et situ.

Gracilia intestina tria sunt duodenum, jejunum et ileon.

duodenum et varia nomina, ortus — Duodenum, ostiarium, δωδεκαδάκτυλος, ἔκφυσις, πυλωρὸς dicitur, oriturque ab ima ventriculi parte et spinam versus vinculis membraneis alligatum descendit, nullis intortum anfractibus, ut vena porta eadem, tum ad renes fluat in intestinum chylus.

Quae duodeno sint peculiaria — Tria duodenum sibi peculiaria possidet. 1° a solius portae trunco venam accipit, sedem sui longitudinem recta deorsum protensam. 2° ductum excipit choledochum. 3° pancreati substratum est.

Situs — Situm est in dextro latere spinam versus.

Jejunum et varia nomina — Jejunum ἡ νῆστις caeteris inanius apparet 1°. propter exsiccatos chylum sugentia vicinia. 2° venarum mesaraicarum ibi copiosiorum copia majore. 3° propter bilem acrimonia sua ad excretionem provocantem.

ortus — Oritur qua parte duodenum in gyros volvitur caeteris rubicundius est.

Totum fere regionem umbilicalem occupat. | Situs

Ileon ex λεπτοὶ sub ... umbilicum ad ilia et | Sit. & Ilei

coxas utrinque positum est.

De crassis Intestinis caput XIV

Crassa intestina tria sunt caecum, colon, rectum.

Caecum, monoculus, saccus G. τυφλὸν uno non varia

tum ductu et foramine pervium est: ad cujus

extremum est appendiculum contorti lumbrici

specie mesenterio nulla ex parte alligatum cujus appendicula usus

usus est ut si quid tenuiorus chyli anadosin

effugerit id totum in caeco colligatur ut a mesa-

raicis exsugatur. |

Colon, cellulatum, Arab. Laxum G. ἔντερον non varia

aliquis κῶλον dicitur. Fertur intestinum hoc a dextro Situs

extro ad jecoris cavum, sine ventriculi fundo-

umque lieni accumbens, rene sinistro alli-

gatur tandemque in ossis sacri principium desinit |

Ad coli principium Laurentius et Bauhinus observarunt

valvulam rectum spectantem excrementis intro

foras et inutilium retrum ad superiora influxum

prohibentem,

Duo Ligamenta et colum quibus eum superioribus et | connexio

inferioribus partibus alligatur

Observa per coli superiorem partem vinculum

excurrere medij digiti latitudine quod ... aliud

aliud quam ejusdem intestini substantia et crassior

et densior cellulas, quae ad perfectam chyli ex

succationem constructae sunt, efformans.

Rectum intestinum Hipp. ἀρχὸν G. δακτύλιος non varia

ἀπεσβυγμένα Bauh. longaon Brevis est & circa finem amplius, tum ut facilius labatur majorem earum copia continuatum.

connexio — alligatum firmiter ossi sacro peritonei interseptum./

De mesenterio & Pancrea cap. XV.

divisio mesenterij — Mesenterium dividitur in μεσάραιον & μεσόκολον

definitio substantia — Mesenterium definitur corpus membranosum, intestina colligans, duabus tunicis (aliqui tertiam quae lumborum vertebris connectitur & os sacrum ilium

~~Glandul~~ Glandularum us in mesenterio — ossibus connectitur) venis arterijs immunibus, adipe copioso & adenibus contextum tum ad vasorum direptum, tum ne vasorum ductus ~~impediantur~~ comprimantur siue praepediatur anadosis: tum ne intestina madore suo proluant. atque sint liga vasorum ne in violentis motibus disrumpantur./

pancreatis usus — Pancreas seu καλλίκρεας venae portae ramos amplexum suo compreendit sustinet & ventriculo instar molliusculi pulvinaris subijcitur./

Venae Portae Divaricatio cap. XVI.

Lege caput 4um libri quarti./

De ventriculo caput decimum VIIum

Nomen varia definitio figura substantia — Ventriculus s. κοιλία & γαστήρ definitur organum cavum, rotundum, oblongum membranosum ex villorum genere intertextum infinitis venarum et arteriarum surculis, nec non nervis superiori orificio a sexto conjugio implicatis

constans

conspersum, cibus afferiendus & chylosi consi: ciendus dicatum./ — *Usus*

Duplici constat tunica ventriculus interiori & exteriori interior nervosa est cujus superficies interna crusta quadam obducitur, ab expulsione(?) 3ae coctionis pronata cujus usus est ne callosior evadere interior tunica, ne venarum oscula occaecaventur & ad moderatum cibi retentionem: exterior tunica carnosior est.

Tunica quotuplex
Crusta quae etiam superficiem internam
Usus 1 2 3.

Observa meatum cholidocum in ventriculi fundum fieri communiquam(?)

De partibus ventriculi dissimilaribus orificijs & fundo caput XVIIJ

Orificium superius G. στόμαχος, καρδία & systos(?) dr fibras si circulares quamplurimas ora angustantes ne cibus resiliat in oesophagum & ore prono aut supino stali(?)./ — *nõa varia compositio*

Orificium inferius Janitor G. πυλωρός nominatur(?) cta dorsum fertur sed superiora spectat ne quid nisi plane coctum elabatur; postea recta deorsum in duodenum vergit./ — *nõa varia*

Duo haec orificia situ & magnitudine differunt inter se superius in sinistra prope spinam versus situm est circa undecimam thoracis vertebram: inferius dextram sedem occupat. Illud amplius hoc angustius. Ambo sunt rugosa & crassiora fibris orbicularibus ipsis carnosis sphincteris cujusdam instar praedita ne dilatari — *orificiorum ventric. situs*

arctari

arctari, aperiri et claudi possunt

Fundus ventriculi situs fundum ventriculi in sinistrum potius quam dextrum inclinat latus in quo chylosis fit tum ingenita proprietate siquidem specifica, tum insito ventriculi et viciniorum partium calore.

Usus 1 Ventriculi usus duplex, 1us in cibi potionisque receptaculum, illum praestat qua cavus.

2 2us in chylificatione, illum a facultate temperie.

De Hepate caput decimum ix^um

Nomen varia et situs, substantia, connexio Iecur h. ἧπαρ, ἐγκαρδίον, αἱματώσεως ὄργανον. Organum est nobilissimum carne sibi propria constans (παρέγχυμα vocant) propria et insita vi sanguinificandi proficiente. Venis porta et cava radicibus (quarum admirandae sunt anastomoses) 3 arteriolis (hepatis cavam tum attingentibus) 4° meatibus choledochis, et nervulis duobus (a sexta conjugatione tum ramis ventriculi orificio et mesenterio implantatis, tum ab intercostali. Postremo tunica peritonaei totum viscus investiente (a peritonaeo.

Temperies figura Hepar calidum et humidum est, continuum est rimam tum habet in medio fissuram vocant parte convexa dextra rotundum sinistra sensim attenuatum et in acutum quasi finitur angulum. parte convexa laeve et aequale; concava vero inaequale ad venam portam et meatum choledochum epaticum. tum ne ventriculo distento vena portae rami comprimerentur sicque chyli et sanguinis praeproductio impediretur.

Situm est hepar in dextro hypochondrio sub diaphragmate et nothis costis — Situs
Aliis partibus committitur per coronaria lig^ta hoc est — connexio
venae venae et arteriae per propria lig^ta
alligatur praecipue quidem uno tenui et vali-
dissimo suspensorium vocant: altero et latiori
sinistro costis et lumbis committitur. tertium est
umbilicalis vena quae in lig^tum degenerat.

De vesicula fellea caput XX.

Vesicula biliaria, folliculus felleus, [illegible] — nom̄a varia
Χοληδόχος ~~Scrotum~~ parva est oblonga membranea (ut contrahi et — substa figura
distendi possit) unica propria tunica constans ex — compo
villorum trium contexta, intus quidem rectis (quibus bilem
in se allicit), et obliquis (quibus retinet) foris
vero transversis (quibus eam in [illegible] expellit).
Venas habet (a porta ramo cysticas dictas) arteriolas
(a coeliaca) et nervulos (a costali externo)
Vesicae felleae tres sunt partes fundus cervix et — partes
meatus choledochi duo, quorum unus in hepar, — meatuum choledochorum usus
inter venae portae et cavae radices fertur [illegible]
[illegible]: ~~alter ad duodenum~~ quo bilem in se alli-
cit: alter ad duodenum quo bilem [illegible] inseritur
sic inter duas tunicas intestinorum non solum
obliquo et tortuoso ductu inseritur sed et membra-
nulas habet bilis refluxum impedientes.
Tertius interdum reperitur ductus qui ad ve-
siculae fundum pervenit.

De Liene

De

De Liene caput Viges. Sdum

Definitio figura Substantia — Lien corpus est oblongum linguae bubulae specie, resideus cavum sibi propria rara et fungosa constans, praeditus (a ramo splenico) arteriis quamplurimis, venis (a sexta conjugatione) postremo tunica tenui totum corpus induitur (a peritoneo) contextum./

Arteriarum Usus in liene, 1 — Arteriae plures et insignes sunt in lienis substantia, quarum multiplex est usus. 1° ut pulsu sua feculentum expurgent attenuentque sanguinem./

2 — 2° ut lienis calorem feculento succo pene obrutum ventilent ne languescat./

3 — 3° ut vitalem facultatem cum spiritu lieni impertiant

Situs — Situs est lienis in sinistro hypochondrio inadunato spatio

Connexio — Connectitur per alligaturas lienis parte sua superiori diaphragmati pereni sinistro membranarum peritonaei interventu: parte sua sima per cava ventriculo tum per venas quae illi largitur, tum per epiploon./

Venae cavae descendentis delineatio

Caput Vigesimum Sdum

Vide librum quartum.

De Renibus caput Vig. Tertium

Nomen varia Definitio — Renes rep[illegible] duo et definiuntur pars carnea dura et solida peculiaris specie resideus intus cavum fovis gibba ex duplici tunica (a peritoneo) exterior

Seih

Scilicet per interna, Venia emulgente et adiposa, ar-
terijs, interius (a stomachico) ductibus Urinarijs,
Simbus et carunculis conflata ad Sanguinem — Vrina
serosum et aquosum suo situ expurgandum à
natura destinata./

membrana exterior fascia vulgò dicta et adipe co- membrana exterior
pioso circumfunditur in renum angendi calorem et cum adiposa
ut pulvinaris vicem gerat: interna carnis plan-
guedine tota aliud nihil quam vasorum renis ingre-
dientium tunica ~~dilatata~~ crassior dilatata.

Vasa omnia renes ingredientia in capillares ramos vasorum dimaricatio
dimaricantur per renum substantiam quorum ~~extrema~~
maxima pars ad carunculas expeditur in quibus
serosi fit transcolatio in Urinarios ductus ibi exi-
stentes./

Caruncula exiguum est corpusculum, ex renis caruncula quid
carne efformatum, ex basi latiore in acutum
mucronem fastigiatum desinens, et tubulorum pa-
pillarum more; per has carunculas serum a carunculorum Vrina
Sanguine separatum transcolatum ~~et~~ deinde in tubulos s.
canales ab ureteribus efformatos stillat a quibus
in pelvim s. infundibulum et per ureteres in vesicam./
Non datur in hoc sinus ille superior (cribrum
vocant) ab antiquis et Veterum exterius con-
textum, qui serum a Sanguine secernat./

Renes duo sunt pro obtinato vno serosi seri Numerus
excretae profusio ijs siti paulo infra Jecur Incu- Situs
bantque musculis lumborum quorum sinister
elatior est dextro inferior propter Jecur in inae-
quali sunt situ ut alter alterius tractui-

moram afferat

connexio Connectuntur vero lumbis diaphragmati, colo intestino peritonaei interjectu, vesicae per ureteres. Ipsorum parte superiori glandula aliquo obsternatur

De Ureteribus caput xxiiij

Nomina varia Ureteres. Vasa urinaria Celsus. Vesicae alba vocantur. ἐρυτῆρας, ἐρανὶς, ut πορὸς ἐρητικὸς.

definitio definiuntur vasa simplici tunica sed densa constantia villis iis obliquis contexta urinam a renibus ad vesicam deferentia.

connexio adhaerent peritonaeo a quo com̃ accipiunt tunicam. Desinunt in vesicae lateribus non directe sed obliquo quodam modo, ne in vesicam illapsa urina refluat.

De Vesica caput Viges. quintū

Nomina varia Vesica, corporis matula, κύσις ὐροδόχος.

definitio definitur pars membranea, rotunda et aliquantulum oblonga duabus propriis tunicis iisque crassis triplici villorum genere intertextis et una com̃ constans. Venis ab hypogastrica arteriis et nervis duobus a sexta conju-

usus gatione et spinali medulla irrigata urinae continenda a natura destinata.

Situs

connexio Sita est Vesica in hypogastrio, recto intestino viris et uteribus et membranis connexa, idque in venis latitat inter duas peritonaei tunicas quod factum puto propter

omwardoy

[illegible] per arteriam umbilicalem, quæ inter duas peritonæi tunicas ad secundinam foetu[s] [illegible]

Vesicæ duæ sunt partes fundum et cervix quæ reliquo corpore paulo carnosior est per musculo sphincteri [illegible] ne nobis [illegible] urina effluat. Divisio

Vesicæ collum maribus angustum est per ob= longum: foeminis brevium per latum. Obtinunt

Liber Septimus

De partium generationi dicatarum necessitate Caput Primum

Ea est partium genitalium necessitas ut ab ijs soli[s] perficiatur generatio.

partium genitalium aliæ semen præparant. Divisio Venæ et arteriæ spermaticæ. aliæ semen [illegible] [illegible] epididymides per testes: aliæ excretum deferunt, Vasa scil. duo eiaculatoria per deferentia: aliæ excipiunt per asservant vesiculas; scil. prostatæ glandulosæ: aliæ effundunt penis in viris. in foeminis vero pars est praedictas partes scil. Uterus quæ semen effusum excipit per fovet ad [illegible]

De Virorum Genitalibus ac [1]um de vasis semen præparantibus caput Secundum

Vasa præparantia. Alij nominant venales [illegible] varia Anic. vasa lumbaria G. ἀγγεῖα σπερματικά

(Margin: Vasorum spermaticorum ortus; origin. ratio)

Vasa προσκευαστικα sunt quatuor duo venae et totidem arteriae: hae a trunco aortae oriuntur: illarum dextra a trunco cavae descendentis: sinistra vero ab emulgente idque factum puto ne aortae truncus ad cavam paulum inclinans perpetuo systoles ad diastoles motu venam hanc disrumperet: ita exortae venae et arteriae peritoneo accumbentes et alligatae abdominis cavitatem egrediuntur et per peritonaei producti omnes corruaticae comitante ad epididyma et testes feruntur quo priusquam perveniant plexum retiformem efformant cujus duplex est usus 1us ut semen purpureum et dealbetur quod fit tam insita vasorum vi quam per ea et epidid. ~~vasorum~~ testium. 2us usus est ut libido vehementior exinde incitetur./

(Margin: plexus retiformis usus 1us 2us)

De partibus semen excoquentibus ac primum de Epididymide caput Tertium

(Margin: Nom. varia definitio; usus)

Epididymis s. ~~paparastata varicosi~~ definitur corpus oblongum, utrique testi externo adhaerens, in medio aliquantulum dehiscens excoquendo et dealbando semini a natura dicatum./

Epididymis altera sui parte admittit 4or praeparantia vasa: altera duo deferentia emittit s. ejaculatoria, a lateribus, et hi per ipsi ... fistulas cum illis continuitatem unde via illa manat σπερματοποιητικη./

Tunica epididymidis sunt tenuissima: ut via seminis procreatrix a testibus in ea vasa delatoria influat./

De Testibus caput quartum

Testes, Viriles globuli, coles, Lamini, clitorini G. ὄρχεις, ὀρχίδια, ὄλχοί, μέδεα, μήδεα, χυαμοὶ δίδυμοι. Nomina Varia

Testis definitur pars rotunda sed oblonga temperato calida et humida, carne molli et candenosa constans, et pluribus tunicis contexta et vasis irrigata, semini coquendo et perficiendo a natura destinata. definitio, figura, temperies, substantia

Testium tunicae sunt sed duae com. 1a Scrotum s. Scortum G. ὄσχεον, ὄσχη, a cuticula et cute conflata 2a dartos, panniculi carnosi productio. propria sunt tres 1a erythroides s. elytroides, dilatatio seu musculi cremasteris. 2a elytroides, productio peritonaei. 3a nervea s. albuginea testem immediate cingens. Tunicarum testium Numerus ~~ἐλυτροῖς~~

Testes duo sunt ~~dextrum~~ ad foecunditatem dextrum ἀρρενογόνον, sinistrum θηλυγόνον vocat Hipp. foras abducti sunt, prominentes et penduli. Nomina Situs

musculos suos cremasteres s. suspensores dictos ne suo pondere vasa seminaria contendant./ musculi

Nervos accipiunt a costalibus et lumbaribus. nervi
Venas et arterias a spermaticis./ venae

De Vasis Semen deferentibus cap. 6.

Vasa deferentia s. ejaculatoria G. πόροι σπερματικοί Nota varia

qua

or quæ in exortu crassa, fungosa, convoluta et ad infimos testes contorta, quæ ubi a testibus rece-sserunt nervi crassioris instar teretia candidaq[ue] apparent, insensibiliter ferè cavitatem suam pro-portioni ferme productis. Unde obliquo ductu ad vesicæ urinariæ posteriorem et exteriorem par-tem delata, amplificantur et in vesiculas pro-statas oblitescunt.

Usus. Vasorum deferentium usus est ut semen à te-stibus et epididymide in vesiculas seminarias prostatas transportent./

De partibus semen excipientib. & Asseruantibus caput sextū

Duo sunt partium genera semini excipiendo & asservando dicata: vesiculæ scil. seminariæ quæ plures et prostatæ glandulosæ.

Vesicularum descriptio, situs, numerus.

Vesiculæ seminariæ ad cervicem vesicæ initium positæ inter vesicam et rectum intestinum. Vasorum deferentium sunt propagines: geminæ quæ illæ sunt insignes et membraneæ sed ex multis et anfractu-osis cavitatibus conflatæ, ne uno coitu totum semen effluat, genitali semine perpetuo turgen-tes, quod semen velut per tubulos et delicatas can-nulas e mammillis ad vesicæ cervicem exprimunt.

Prostatarum glandulosarum descriptio. Situs.

Ubi sunt glandulosa duo corpora candidissima, tenui vestita membrana, semen excipientia et asservantia (prostatas glandulosas appellant) quorum multiplex est usus.

Usus. 1 Ut semen contingentem asservent ejusq[ue] copiam, quæ

ad

ad coitum sufficiat. 1°
2° in Senibus inveterate proficiant. 2°
3° in oldosa ... Salivali humiditate victam irrigent, ne urina laudatur acrimonia. 3°
4° ad venereae dulcedinem ... 4°
gignunt, qui pruritum ... titillatum ...

De Pene caput Septimum

Penis, hasta, muto, verpa, mentula, priap[us], scapus, nervum, coles, caulis, virga, fascinum virilis, cauda salax, ... fistularia, genitale, membrum virile. G. καυλός, σάθη, πέος, σαύνιον, τύλος, κάπρος, κωλή, ἀναγκαῖον, ψωλή, ποσθή, κριθή, σῆμα, ἔμβολον, ... νεῦρον, φλέψ, γονίμη, ... αἰδοῖος, δέπας: ... ventri ... pendula ὑπόσημα dicitur; pendula ... σῆμα. ... Nomina varia

Penis corpus est rotundum oblongum ex duobus nervis cavis, meatu unico membranoso, semini et urinae com[muni], 4or musculis, venis arteriis, nervis quamplurimis (a sacra medulla) membrana nervosa et cute miro artificio fabrefacta, semini ejaculando primo, deinde urinae excretioni à natura instituta. Definitio figura compositio usus

Nervi illi duo cavi ligamentum instar ex inferiore ossis pubis et superiore ischii parte orti, primum discreti, mox coeunt ad glandem usque feruntur tota eorum substantia superior fistula modo excavata, nigricans, fungosa, et atro sanguine nervorum cavorum descriptio substantia

oppleta

oppleta censetur.

Urethra quid — Inter duas minores carnes conspicua est Ure[thra] urethra fistulam urinariam vocant quae est aliud nihil quam vesicae collum productum

Setum penis — Sedenim extremam et extremam eius videtur partem occupat, ossi pubis primum q adhaeret et veluti quasi infixum, deinde extra vesicam pendens./

Balanus — Ad penis extremum ~~penis~~ βάλανος seu glans

Substantia — apparet cuius substantia spongiosa est intus et solida et cava quam membrana tenuissima proxime innectit: eam deinde praeputium et ποσθη cuius pars prominentior ἀκροπόσθιον.

Frenum — Glandem praeputio alligat χιτών s. κυνόδεσμον s. χαλινός L. frenum, fibula.

Corona — Circulus glandem cingit στεφάνη: corona. Ut inferior penis pars in longitudinem erigitur, raphe est, quasi sutura, quae ad sedem usque protenditur ταῦρος: spatium penem et anum inter cedens περίναιον, sinum autem interfeminium appellatur./

De mulierum genitalibus, ac primum de vasis semen praeparantibus cap. viij

Vasorum spermaticorum divisio — Vasorum spermaticorum divaricatio dissimilis est in feminina atque in viris: nam in feminis et vena parte dextra et arteria dividuntur. quarum maior portio in ~~corpus~~ secunda testium ~~fistulas~~ abstinetur: minor ad uteri fundum spargitur./

De vasis semen deferentib[us] cap. IX

Vasa deferentia s. ejaculatoria magis flexuosa sunt in foeminis quam in viris; eorum quoque insertio dissimilis est, nam non ad vesicae collum feruntur ut in viris sed ad uterum in duos velut ramos disrupta, quorum alter amplior brevior in latera uteri feruntur; alter angustior sed longior per latera uteri corporis inter membranas excurrunt ad fundum ejusdem desinunt; illo semen in uteri fundum ejaculantur mulieres: hoc vero conceptione facta in cervicem uteri semen effundunt./ — Vasa deferentia insertio — Vasorum deferentium seminariao

De Testibus mulierum caput X

Mulierum testes virorum testibus molliores sunt multis vesiculis sibi mutuo adnatis referti, frigidiores, minores, non ita rotundi, anterius et posterius depressi magis, lumborum musculis insident unicam hn[t] sui tunicam./ — mulierum et virilium differentia

Vesiculas seminarias nec prostatas glandulosas sunt mulieres./

De Utero caput Undecimum

Uterus, utriculus, Vulva, bulga, matrix, mater. G. γυδος, s. ἀγγεῖον χωρητήριον, δελφὺς Hipp. ἄγγος, γονή, μήτρα, ὑστέρα./ — Nomina varia

Uterus corpus est membraneum rotundum sed oblongum ex duabus tunicis externa (a peritoneo) interna carnosa per cor. villorum genere intertexta; — definitio subiecti figura, compositio

duabus

duabus venis (a spermatico et hypogastrico ramo) arterijs, nervis (a sexta coniugat. et a lumbari et sacra medulla) et vinculis 4or constans, excipiendo virili et muliebri semini ad sobolis procreationem a natura dicatum./

Usus

Venae uteri

Venae uteri inter duas tunicas excurrunt; est spermatica superioribus ramis uteri substantiam irrigat: hypogastrica ad inferiorem et exteriorem uteri et cervicis superficiem venulas ampliores emittit, quorum oscula κοτυληδόνες s. acetabula dicuntur. Quidam ramuli in exteriorem proferuntur cervicem per quos gravidis et virginibus menstrua erumpunt

Lig.ta 4or

Lig.ta uteri sunt 4or duo superiora lata sunt et membranosa et in uteri fundum prope cornua inseruntur: duo inferiora rotunda sunt et subrubra musculorum instar ab uteri lateribus ad inguina descendunt et musculorum abdominis extrema peritoneumque perforantes, ad ossa pubis feruntur, et in adipem ac membranas ossa investientes obliterantur

Connexio

Situs

Recto intestino et vesicae connectitur uterus per villos complures. et inter utrumque situs est.

De singulis uteri partibus dissimilaribus caput duodecimum.

Uteri divisio

Uteri partes sunt 4or fundus uteri, os uteri internum, collum uteri et pudendum s. colli orificium. de quib.us sigillatim./

Noia varia

Pudendum muliebre, vulva, cunnus, τὸ αἰδοῖον γυναικεῖον dr. in quo varia sunt partes. Pubes, monticulus, labra duo, magna

rima

rima, alae, nymphae, caruncula quatuor, clitor-
ris, et urinae meatus./

Pecten, pubes. κτεὶς, τρίχωσις ἐπίσειον in- — *pubis situs et Noa*
antidiore osseus pubis parte situs est./

Monticulus s. mons veneris pars est pro- — *mons Veneris qd*
tuberans pilis decorata./

Labra duo cutanea sunt, sed spongiosa adipeq — *labiorum vulvae substantia*
multo consista./

Rima, Scissura, fissura s. σχίσμα longior est — *Rima varia Noa*
foramine qd penem admittit qa cutis membrana
crassior non ita in partu distendi potuisset./

Alae s. πτερύγια s. πτερυγώματα molles sunt — *alarum substantia*
et spongiosae. Earum usus est ab ambientis — *usus*
frigore uterum ac vesicam tutari: tum et urinam
tum inter duas parietes deducere. Nymphas
quidam vocant./

Sub alis 4 sunt caruncula membranulis — *carunculaeru situs*
coniunctae: antidior vna vesicae orificium tegens,
posterior altera et duae laterales non transversum
sed in longum sitae. Earum usus est uterum — *usus*
ab aere et frigore ac capsulis tueri et in con-
gressu venereo mariae pudendum titillare./

Clitoris in superiori et antidiore vulvae apice — *Clitoridis situs*
apparens Arab. albatram vocat s. virgam. Alii — *et non varia*
tentiginem col. amoris et dulcedinem Veneris
Nos mentulam muliebrem et penem foemi-
neum. Lig. est duo eam et ab ossibus pubis — *clitoridis corpus*
orta, intus spongiosa, atro sanguine plena
et 4 apiles musculos et in extremo aliquid
glandi simile qd tenuissima cute praeputii instar

tegitur

Usus clitoridis

legitur. Cujus usus est in prolificata [illegible] excitare facultatibus.

Colli uteri circumscriptio

2a Uteri pars collum dicitur aut cervix uteri totum id complectitur quod a carunculis ad os usque internum protenditur. Sunt qui velint reperiri in media eorum membranam quam hymen per claustrum virginale vocant. Quam praeter naturam reperiri existimo.

os uteri internum

3a pars uteri orificium aut os internum vocatur meatus est satis angustus in quem uteri amplitudo tandem desinit, continere cavum oris impletum

figura

in lucem editi [illegible] per se fit in parte rotundum fit coronae modo. Hoc angusto orificio maior semper uterus polletur: crassaque est hujus orificii substantia.

Substantia

Sed paulo ante partum evadit crassior atque densior quoddam corpus scilicet carnositur in [illegible] citra laevatum in partu commodius patet.

Uteri fundum

4a pars fundum uteri dicitur semini excipiendo, concipiendo, huicque complexu fovendo ad foetus procreationem dicata. In fundo uteri unica est cavitas quae licet in dextram et sinistram partem dividi solet obscurae cavitatibus sunt tamen quibusdam existimatam ut adsantur faciliter [illegible].

cavitatis uteri divisio

uteri processus

Ad fundi uteri ~~latera~~ duo sunt processus cornua vocant, in hoc processus semen muliebre excernitur, quia in hoc jaculatoria vasa desinunt.

Liber octavus

Quae requiruntur ad perfectam graviditatem

caput Primum

quae requiruntur ad graviditatem

Ad perfectam graviditatem tria haec viro concurrunt

Primum

spermum discernendi, secundum congressum et seminum effusio.

De Propriis Generationis Semine & Sanguine caput Secundum

Duo sunt generationis propria semen et maternus sanguis: semen principium est a quo, tanquam efficiente et opifice fit conformatio; et ex quo, tanquam materia, spermatica partes generantur: sanguis vero materia solum et passivum principium tantum est. — *generationis propria duo*

Semen definitur corpus humidum, calidum, spumosum et album (spirituum permistione et motu) et album ex reliquijs alimenti ultimi (i. sanguinis) et spirituum ubique obversantium permistione, vi testium concoctum elaboratumque ad perfectam naturalem generationem. — *Semen quid*

De materno sanguine, altero generationis principio caput Tertium.

Sanguis maternus s. menstruus Hipp. καταμήνιον varia dicta b. μῆνες, καθάρσεις, ἔμμηνα, ἐμμηνα, γυναικεῖα. dicitur. — *nomina varia*

definitur excrementum alimenti ultimi partium carnosarum, quod certis temporibus et statis periodis, moderate [illegible] per uterum expurgatur, ad naturalem generationem et nutricationem. — *definitio*

De conceptione caput Quartum

Conceptio κύημα s. κύησις ~~[illegible]~~ vivificatio est seminis fecundi ad faciendum foetum pendens a proprietate — *Nomina varia* *Conceptio quid*

proprietate uteri./

Conceptionis modus

Conceptionis modus sic est. Mas delectato prae[illegible] in uteri cervicem semen effundit. foemina eodem instanti non modo intra se semen eiaculatur sed etiam uterus virile semen effusum ore intimo quasi manu attrahit et in sinum suum recondit quod ut retineat, foveat, et agitatisque seminum vires suscitet, corrugatur eiusque osculum internum exquisite clauditur sicque quod sorpsit [illegible] in actum [illegible]./

De signis conceptionis vide hoc caput apud Laurentium et alios./

De partium conformatione caput quintum

Conformationis modus

Spiritus ac institutum in seminis molem [illegible] dum agere incipit dissimiles eius partes secernit: tenuiores quae et magis spirituales intro reconduntur; crassiores vero frigidiores et viscidiores extrinsecus obducuntur; ab his frigidioribus viscidioribusque formari inchoat membranas quae spiritus effugium [illegible] tenditque ut ipse tum spiritus concludantur intro ni spiritus seminisque pars nobilior et ne tenellus embryo uteri duritie laedatur. membranae illae duae sunt chorion et amnios

Chorion

Usus

Chorion nervosa est validaque ex parte foetum ambiens: cuius usus est ut sustentaculi instar venas et arterias umbilicales fulciat et stabiliniat: in homine non sunt cotyledones id est tubercula papillis mammarum similia ut in brutis: sed eorum

vicem

videtur velut massa quaedam carnea ex infinitis venarum et arteriarum ramusculis et sanguine velut affuso contexta: placentam vocant seu affatim orbicularem ad uterinum dorsum.

Amnion, conceptus armatura, extrema virginea libra et ex parte externa quam in utero placenta, ubi utero firmiter adnascitur: Urina et sudoris et conceptaculum quibus aquis in partu [illegible] oscula lubricum redditur. — Nota varia / Amnii usus

Tegmina haec sibi mutuo connata unum corporis officium δεύτερον seu ὕστερον secundam vel secundinam vocant. — Secundina quid sit

Ubi iam membranis obvallata est seminis pars interior et nobilior statim aggreditur, nunc per totam seminis molem vagatur spiritus et cum procreatrici facultati dux famulatur immutatrix et conformatrix. Primum seminis massa alteratur et disponitur, mox eodem fere momento partium omnium spermaticarum prima stamina rudioribus quasi lineis delineantur et simul adumbrantur. Tunc tres ampullae spectat principum partium rudimenta et mille filamenta vasorum et spermaticarum partium velut stamina eorundem licet. — Conformatio partium spermaticarum

Hinc iacta spermaticarum partium fundamentis singula suo quaeque ordine perficiuntur. Nobiliores et magis necessariae omnium primae ut tria praecipua et totum venae, arteriae et nervi. — Quae partes primae conficiuntur

~~Ex off~~ Partes duriores et solidiores ossa simul figurantur, serius perficiuntur: nam ex ossibus — Ossium confectio

alia

alia celerius alia tardius perficiuntur. Costae, gena inferior, auricularum ossicula, claues, os hyoides 1is diebus ossium acquirunt naturam: Brachij, tibiae et femoris ossa imperfecta sunt epiphysibus. Maxillae superiores, utriusque mammae, spina et reliqua ossa cartilagines sunt tantum; Cuius celerioris fiunt et perfectionis ad finalis causae necessitatem referenda est./

Tempus conformationis

Mares xxx. diebus foemina xL. aut xLij perficiuntur.

De prima confectione a sanguine

Altera foetus confectio fit a sanguine menstruo ex quo carnosae partes: sanguis enim non prius affluit quam delineatae sint partes spermaticae affluit autem per venam umbilicalem. parenchymata 1o formantur, tum singularum partium caro, postremo musculorum carnes. 1mum parenchymatum est hepatis, tum cordis, postremo reliquorum viscerum./

De fœtus Nutritione & quomodo naturales facultates exerceat.

caput Sextum

Prior foetus vita 1is post conceptum diebus simplicissima est et sine nutricatu perficitur [illegible] enim nullum est [illegible] sed tu suo calore et spiritu insito fovet. nutritio vero incipit cum partes discretae et delineatae sunt. Nutritionis [illegible] ea est ratio./

foetus

Foetus nutritionis ratio

foetus materno utero vasorum et membranarum in-
terjectu alligatur, per ~~oscula venarum~~ per oscula
venarum miro artificio coeuntia maternum san-
guinem trahit eumque purissimum. Quem per ve-
nam umbilicalem, quae portae est propago et ad
portae fissuram fertur, in hepatis corpus
refundit. ibique magis perficitur: mox per por-
tae radices crassior cordiorque eius pars in ventriculum,
lienem, et intestina distribuitur: cuius reliquiae
per splenicum et mesentericum ramum in cavi-
tatem intestinorum amandantur; ibique simul
colliguntur et diutina mora ita resiccantur
ut et crassitiem et colorem atrum myconio similem
acquirant. Purior autem magisque percocta san-
guinis pars, in cavam truncum: a quo per ra-
mos eius per rivulos, in singulas corporis
partes diffunditur. Sanguinis autem serum
profundum suo munere partim per sudores et
halitum digeritur, partim a renibus traditum
et ab his per ureteres in vesicam transcolatur
a qua per ouracon intra membranam amnion
sudori recipiendo et urinae continendae dicatam
Ouracho non plane fieri musculum, nam quamvis nul-
lum extra tempus foetui usum praestet, ad singu-
gua excreta recondenda. /

Quomodo vitales facultates exer-
ceat foetus caput Septimum

Vivit in utero foetus dissimili prorsus modo, quam dum
in

Quae facultates vitales operentur foetus

in utero dictum est: nam nec thoracem distendit, contra-
hit (quia spiritum aerem non ducit) nec vitales ullos gignit
spiritus (quia matricem habuit) nec denique cordis et pul-
monum motu opera egit (sola quippe transpiratio
per arteriarum pulsus ~~indiget~~ singularum partium
calorem fovet, conservat et reficit.

quia vena arteriosa arteria in foetu

arteria venosa vena in foetu

Dissimilis sane vita dissimilium organorum structu-
ram et usum [est]. fungitur quippe vena arteriosa
non venae sed arteriae munere: vitalem enim defert
spiritum non sanguinem, quem accepit ab aorta: Arteria
autem venosa venae fungitur officio, sanguinem enim
crassum et rubrum defert ad pulmonem nutriendum
quem accepit a vena cava. Quod ut fieret Natura

Venae cavae et arteriae venosae anastomosis

vasa haec duo contigua venam cavam et arteriam
venosam amplo et rotundo foramine sociavit. Cuique
foramini membranam tenuem et pellucidam operculi
instar praefecit, ut sanguini a vena cava impetu
affluenti cederet, et prohiberet vero ne sanguis in

Venae arteriosae et aortae anastomosis

cavam remearet: Venam vero arteriosam et aortam
quae dilabuntur inter se aliquantulum tenuo quodam
canali arterioso obliquo coniunxit: ut ab aorta
ad venam arteriosam vitalis spiritus perveniret. /
foramen illud venae cavae et arteriae venosae paucos post partum diebus ita
occaecatur, ut nullum illius appareat vestigium,
Canalis vero aortae et venae arteriosae ita quoque diebus
videtur apparere tandem ita exsiccatur ut aliquando
extitisse negetur. /

De Motu & Situ Puelli in utero, quae facultates sunt animales caput octavum

quod foetus moveatur

Movetur foetus in utero si mas est sive 3° mense:

Si

si foemina quae multum addita motus pro conformatione proportio sit dupla./

Puellus ita situs est in utero ut quasi contractus conglobatusque sedeat, manibus genua apprehendens in qua caput dimittit, ut ~~utrique~~ oculi utringue manuumque pollicibus [aliud] affixi sedeant: nasus vero inter genua procumbat./ Situs puelli in utero

Infantis exclusio seu partus cap. ix[um]

Grandior & Calidior factus foetus altum aërem et solidum postulat quod utrumque cum non possit suppeditare mater spiritum sibi parat et calcitrando membranas quibus involvebatur disrumpit: Uterus [partus causa] quoque distentionem hanc molestè ferens et foetus nimium aucti mole onustus pro ea qua valet vi expultrice ad foetum excludendum connititur: atque tum ex parvi foetus et uteri contortione prodit in lucem, prius non in pedes aut obliquè sed in caput: brachiis enim sunt partes superiores prae umbilico [qui] è statiua appensa [pri]us deorsum feruntur: Hanc foetus et uteri juvat contentionem tum voluntaria parturientis conatus, qui fit contracto spiritu & depresso diaphragmate: tum obstetricis manus quae puerperam recte collocat, bene prodeuntem foetum molliter excipit, infeliciter prodeuntem dirigit, secundinas vero haerentes suaviter excipit./

[Margin notes: partus causa; partus modus; qua parte prodeat foetus; felicior partus causae adjuvantes]

Tempora huius partus sunt septimus, octavus, Nonus, decimus & undecimus mensis: ante Tempora partus

Septimum

septimum mensem nullus est partus sed abortus nec vivum foetus quia non perfecti. Quod mensem attinet illigimus solarem qui est xxx dierum. Qui in principio, medio aut fine septimi mensis nascitur septimestris dicitur. Septimum mensem initium circumscribit Hipp. Clxxxta diebus accedente diei particula. Finem septimi mensis designat tribus hebdomadum decadibus id est iis ccx diebus. Et ita de reliquis proportionatim

cur octimestres partus non vitales — Octimestres partus non vivunt quod duas afflictiones sibi invicem succedentes ferre non possunt. Nonus mensis maxime natalis est.

Liber Nonus

Singularum thoracis partium breuis descriptio Caput Primum.

Thoracis circumscriptio — Thorax hab. κλεῖδα jugulum et cartilagine xiphoide circumscribitur.

figura — figuram et oblongam, rotundam non exquisite sed antica et postica parte latam ut amplior pulmoni et cordi relinquatur capacitas.

structura — Thoracis superficies externa partim ossea est ad cordis robur et ad cavitatem efformandam: carnea vero ad faciliorem diastolem et systolem.

Situs — Situs est inter supremam et imam regionem ut calorem influentem in singulas corporis partes aequaliter diffunderet.

Thoracis divisio — Thoracis partes aliae sunt continentes, contentae aliae Continentes com. est quibus l. hic propria aliae sunt

caventae

cavitas (et quibus l. 6. alia ossa et cartilaginea
et Sic l. 2º et membranea alia. Corpora Sunt plura continentia et propria
ta et mediastinum. Contenta Sunt Cor, pulmo, contenta et
Vena cava ascendens, arteria magna, vena arte-
riosa, arteria venosa, oesophagus et nervorum 6a
conjugatio

De Mammis caput Secundum

Mamma, ubera s. μαζοί, μαστοί, τιτθοί, τιτθία — Nota varia
τιτθία. In maribus ex cute tum adipe et papillis — mammarum virorum structura
conflatae Sunt, nec usum dant nisi ornatum. In -
foeminis praeter haec adsunt corpora glandosa - — mammarum mulierum compositio
venarum et arteriarum myriadibus ab axillari — vena, arteria
ramo et Subclavio intertexta, quibus Solidae fa-
cultas γαλακτοποιητικὴ insita est: ad papillam
circiter glandula una caeteris major inest: cui
aliae parvae Subjiciuntur. Nervos accipiunt - — nervi
maxime conspicuos a costali.
Sitae Sunt mammae in anteriore thoracis parte, quia — Situs
copiosius eo affluit Sanguis, tum quod regio illa
calidissima est ad Lactis gratiam.
Mammarum usus in foeminis Sunt varii 1º — mammarum usus 1º
ad lactis gratiam pullis educatum
2º ad viscerum contentorum robur — 2
3º ad ornatum et viri delicias — 3
4 ex Hipp. ut [illegible] exciperent — 4
Mammarum extrema θηλαὶ dicuntur Sive papillae aut — papilla quid
pabulae quarum Substantia fungosa est
papillam ambiens circulus niger areola s. [illegible]

De Musculis Thoracis caput 3um

Vide Librum quintum ubi de iis copiose actum est

De

[illegible]

De Diaphragmate caput quartum

Nom. varia — Septum transversum ē. διάφραγμα aliis διάζωμα, ὑπόζωμα & περίζωμα L. cinctum, cingulum, Mauri dissæptum

definitio, substantia, compositio — Diaphragma musculus corpus est carnosum & partim membranosum duabus venis (a cava ascendente) totidem arteriis (ab aorta) nervis utrinque duobus (a spinali medulla quarta scil. et 5 vertebra) nec non tunicis duabus (superiore a pleura, inferiore a peritoneo) foraminibus duobus pervium & praecipuum respirationis organum.

Situs — Situm transversum & obliquum obtinet diaphragma

Usus 1us — Diaphragmatis usus sunt tres 1us ut liberae respirationi inserviat.

2 — 2us ut hypochondria vitalia a naturalibus separet.

3 — 3us ad fecum per inferiora excretionem. um

De Pleura & Mediastino cap. 6

pleura quid — Pleura membrana est tenuis sed firmissima venis (ab azygo et intercostali) arteriis, nervis (a 6a conjugat. et spinae origata) a natura dicata ad pulmonis tutelam et ut media regionis vitalis ossa investiat colligitque nec non vasa quae per costarum spatia excurrunt stabiliat & fulciat.

usus

mediastinum quid — Mediastinum nihil est aliud quam duplicatura pleurae, septum thoracis partes a sinistra dirimens: cujus longitudo est a jugulo ad diaphragma; latitudo a pectoris osse ad vertebrarum corpora.

Usus 1us — Duplex est mediastini usus primarius. Est tum ad viscerum suspensionem, tum ad vasa firmanda stabilienda.

2us — Secundarius est ne una parte laesa altera in illius contagium trahatur.

Liber Nonus

Partium in Thorace contentarum Brevis Enumeratio caput Sextum

Lege caput 1mo hujus libri in quo de his actum est

Venæ cavæ ascendentis distributio Caput Septimum

De venæ cavæ ascendentis distributione copiose disseruimus L. 4. c. 6. hujus operis./

De Arteria magna ascendente cap. 8um

Arteriæ magnæ ascendentis historia ex c. 10. l. 4 repetenda est.

De Pericardio caput Nonum.

Pericardium Hipp. χιτών L. cordis involucrum capsula, arcula, capsula dicitur membrana est crassa et turbinata eundem quem cor situm obtinet. Venæ habet easdem cum cordis, nervos a recurrente sinistro. oriturque a circumferentia a 4or valorum cordis tunica, et diaphragmatis nervoso circulo valide alligatur. cujus usus est cordis tutela./

Cordi non immediate adhæret pericardium sed ab eo distat quantum ejus motus postulabat in quod spatium natura serum seu aquam conjecit ad cordis refrigerationem cum in ea cor innatans minus grave esset animanti./

Nota varia: substantia, figura, situs, venæ, nervi, origo, connexio, usus. Aqua pericardii. Usus.

De Corde caput Decimum

Cor. b. καρδία et κραδία dicitur cujus basis κεφαλή

Nota varia, dimensio, numero

mucro vero nobis

definitio cordis substantia — definitur pars organica calida sicca cum cavis adipe (ad cordis refrigerationem) venis et arterijs (coronarijs dictis) nec non (a 6 conjugatione) villorum omni genere et tunica propria ... a natura ordinata ad vitalem spiritum ex sanguine arterioso generandum.

usus

Caro cordis dura est & crassa propter ipsius motum continuum et vim illam suam caloris influentis suum spiritum vitalium (in mucrone caro solidior propter ... fibras.)

figura, situs, — Cor pyramidale est, situm in medio thorace, mole exiguum ad faciliorem systolem et diastolem (in qua mucro ad basim accedit)

De Ventriculis, auriculis, vasis quatuor & Membranulis cordis cap. XI

Nomina varia — Ventriculi cordis G. γαστέρας Gal. κοιλίας Jul. Poll. κόλπους L. Ventres, Sinus, Spatia, Thalamos, [illegible]

numerus — duo sunt dexter sanguineus dictus quia ... ad coni extrema non pertingit. Sinister arteriosus et aereus dictus ad coni extrema pertingit dextro longior angustior ... triplo crassiore obvallatus

Septum medium — Utrumque cordis ventriculum dirimit septum transversum medium ... crassum & multis foraminibus pervium, ut a dextro in sinistrum sanguis facilius sit aditus.

auricula — Ad utrumque ventriculi latus duae sunt appendices membranosae auriculae vocantur quarum dextra est amplior venae cavae ostio prefixa: Sinistra vero est minor in arteriae venosae orificio sita est.

usus 1° — Earum auricularum usus multiplex est. 1° Ut venarum fortius intro occurrentium impetum

obtundant

obtundam./

2um vena cava et arteria venosa in violentiore- 2
cordis motibus disrumpantur.

3um follium instar cor refrigerant 3

Quatuor sunt in corde vasa insignia in dextro ventriculo duae venae, vena cava et vena arteriosa: in sinistro duae arteriae arteria venosa et aorta. Vasorum cordis numerus

Vena cava in dextrum cordis sinum dilatato magno ostio sanguinemque ad pulmonum nutritionem et vitalis spiritus gratiam refundit: qui sanguis in dextro sinu excoctus per venam arteriosam ad pulmones defertur./ vena cava / vena arteriosa

Arteria venosa aerem in pulmonibus praeparatum defert in sinistrum sinum, fumidos vapores expellit et vitalem spiritum portionem in pulmones diffundit./ arteria venosa

Arteria magna s. Aorta sanguinem arteriosum excipit et in omnes corporis partes distribuit arteria magna

Quatuor horum vasorum ostijs valvulas s. valvulae praefixae. Venae cavae et arteriae venosae tricuspides s. trisulcae et τριγλωχῖνας sunt quidem duae hae ut ex quisque spiritus exitum non claudatur ut fuliginosis excretis fumis patulus exitus: illi vero tres valvulae praepositae ~~sigmoid~~. Venae arteriosae et aortae tria oscula sunt valvulae σιγμοειδεῖς./ ~~Usum~~ Valvularum usus est ut id intromissum fuerit in cor, per eadem vasa non refluat: aut quod aliquando e corde effusum fuerit in ipsum redire non possit./ valvularum usus

In cordis diastole valvulae omnes aperiuntur, quia

distensis

distensio tricuspides multae velut rimae effici-
unt. Semilunares vero vasorum suorum ostiola
claudunt. in systole contrahuntur et valvu-
lae tum tricuspides eae rimae claudunt quae
dilatatae efficiebant: semilunares vero corru-
gatae fissurae committunt per quae liberior
egreditur sanguis./

De Pulmonibus caput duodecimum

Noã variã — Pulmo organum est spirabile et vocale. Graece
ἐρρασύριον. 6. πνεύμων. Hipp. φαφαρόν ... tenuem
et mollem Galat. ἄρμα μαλακόν ... cordis fla-
Situs — bellum et ventilabrum. Situs est pulmo in u-
Figura — traque thoracis amplitudine. figuram pedis bubuli
habet in plures lobos diruptam, ut cum dilatatur
flectimus comprimatur. Pulmo magnum est
magnitudo — ut plurimum aeris contineat et sic cohibe-
temperies — amus diutius. Calidus est et siccus a thorace
substantia — movetur virtute vacui. Corpus constat levi,
rara et spongiosa quae triplici vasis sustinetur
vena arteriosa, arteria venosa et aspera arteria.
coeunt arteriae venosae oscula cum osculis aspe-
rae arteriae eo artificio, ut aer et vaporibus fu-
midis liber et partem ingestam spiritumque sedo
sanguini et cateris tribuat ... impleta et pro-
tectum. Tunica tenui obducitur ne gravior redda-
tur pulmo; tum ut per eam pure ponderum faciliu-
s ... Tunicam hanc parvi attingunt ~~...~~ nervi a
6a conjugatione. substantia pulmonum subtiliam. Cordi
committitur per venam arteriosam et arteriam veno-
sam: dorso per asperam arteriam./

Pulmonis usus sunt varii. 1us ad vocem edendam pulmonis us. 1
2us ad aerem praeparandum. 2
3us ad cordis refrigerandum 3
4us ut sit velut substaculum quoddam cordis./ 4

De Collo et eius partibus caput xiij.

Collum seu αὐχένα et τράχηλον dixerunt cuius partes sunt externae vel internae: externae anticae, ~~vel~~ posticae vel laterales; pars anterior λαιμὸς et δειρὴ dicitur guttur, gula, jugulum, pars superior βρόγχος quibusdam vulgo morsus et pomum Adami appellatur. inferior ὑποδειρὶς: cujus pars anterior qua juxta claviculas cum pectore jungitur κατακλεῖς et παρασφαγὶς vocatur. Cavum quod est inter utramque claviculam σφαγὴ seu jugulum. posterior colli pars αὐχὴν seu cervix dicitur cujus pars superior ἰνίον ~~seu tendo~~ λόφος λοφιά seu tendo dicitur: cavum vero inter quam et secundam vertebram ἐπισφαγεὺς forma Latina appellatur: Pars inferior qua dorso committitur ἐπωμὶς dicitur: Laterales colli partes sub auribus παρωτίδες, quae in parotidibus ad asperam arteriam lateria tendunt τέθρα seu cornua vero. Fibrae partes laterales et caudae vertebrae adnatae παραλοφίαι.//

nomina varia

colli divisio

Internarum partium aliae sunt anticae, posticae aliae: Anticae sunt aspera arteria, larynx, ejus musculi, jugulares venae, carotides arteriae, nervus 6ae conjugationis cum recurrente, oesophagus et musculi quidam capitis et colli. posticae colli partes sunt musculi scapulam extendentes. scapularum levatores &c

partes colli internae

trapezius

septem vertebras, medulla spinalis protrusa quam plurima./

De Aspera Arteria caput decimum 4^um

Noã varia — Aspera arteria ℓ. βρόγχιον, βρόγχος Hipp. ἀρτηρία, vel τραχεῖα Lactantio spiritalis fistula

Definitio — dicitur pars organica ex cartilaginibus semi circularibus, tunicis exteriore et interiore, venulis arteriolis ac nervis constans a natura dicata

Usus — ut aerem in pulmones deducat, fumidosque vapores ab eodem pulmone excipiat.

Cur aspera arteria non est tota cartilaginea — Totum arteriae corpus cartilagineum non est quia ad inspirandum dilatari, et ad expirandum contrahi oportebat./

Tunica — Interior asperae ^arteriae^ tunica ~~[illegible]~~ est crassior ut ab humoribus a cerebro defluentibus acrimonia laederetur sicca est moderate ut vox esset magis sonora./

Aspera arteria ubi ad iugulum pervenit bifido distracta in pulmonem numerosa ramorum serie spargitur inter venam arteriosam et arteriam venosam media, ut ab illa sanguinem trahat, per hanc aerem transmittat, ab eaque fumidos vapores excipiat./

De Larynge caput decimum 5^um

De Laryngis cartilaginibus lege caput 6^um l. iij. De eiusdem musculis vide c. xx. l. 6.

Nervi laryngis qui vocantur — Laryngis musculi proprii nervos suos a recurrentibus sumunt Hi vero ubi fibris laryngis musculi aut ab inferioris partibus, aut a media basi tyroidis oriebantur: nervi a. aut in

caput

capu[t], cum in ventric[ul]um ... non ad finem: oportuit in ... ab inferioribus partibus ... non a spinali medulla ... nervum oportuit obliquum et ... a cerebro ... reflecti oportuit ... fine q[ue] ... trajectum, ut ... validiores./

Venae et arteriae et Larynx a jugularib[us] venis et carotidibus.

Ad latera laryngis duae sunt glandulae ... suo subditae ... irrigantes./ Glandulae

De Epiglottide & Glottide cap. xvj.[um]

De epiglottide lege cap. vij. l. 3.[ii]

Glottis rimula est ex duobus arytenoides processibus conformata. Glottis

inter glottida et epiglottida duo sunt sinus ... ventriculi aeris conceptacula./ v. c. vij. l. 3. Sinus

De Oesophago caput decimu[m] vij[um]

Gula. Lat. cibaria fistula, G. οἰσοφάγος, σόμα ... χος Arab. ... dicitur et a faucibus ad ventriculum pertingens quo cibi et potus primum q[uae] agitati p[er] motibus linguae detrusi in ventriculum illabuntur. nom. varia

Oesophagus aspera arteria supertensus ad ... usq[ue] thoracis vertebram, ubi [dextro] paululum ad dextram inclinat, ut aortae cedat Situs

figuram et oblongam, rotundam p[ro] satis capacem figura

membranae

membrana — Membranae duae et quarum externa tota fibrosa et carnosa villisq. constat circularibus, et transversis quorum ope alita in diem ventriculum si Villorum circularium contractio ab ore incipiat. et e ventriculo noxia pellit. et vomitum si horum contractio ab orificio ventriculi incipiat. Tertiam tunicam et a ligamentis vertebrarum

Venae, arteriae nervi — Venae et a Vena cava. arteriae ab aorta, nervi a 6ª conjugat. stomachicos ductos

glandulae — In medio oesophago duae sunt glandulae quarum usus est ut transitum expeditiorem probeant, tum ... profundam./

Connexio — Committitur oesophagus ori et ventriculo per corporis continuitatem, arteriis asperae, dorso et vicinis partibus fibrarum, membranarum et vasorum interjectu./

Liber Decimus

De Capitis, figura, situ & Magnitudine caput Primum

Nom. varia — Caput est κεφαλὴ, κάρηον, κάρηνον ... Hom. κόρσα et aliis κάρα, κόρυς, κόρσος. κρανίον circumscribitur vertice et prima colli vertebra. ... c. ... libri ...!/

Singularum capitis partium brevis descriptio caput Secundum

capitis divisio — Caput dividitur in partem capillatam et non capillatam

capillatam: illa τριχωτὸν L. caluaria: sic ὑπὸ πρόσωπον; πρόσοψις L. facies p vultus dicitur. [paries capillata]

Pars capillata circumscriptio περιδρομὴ p στεφάνη cuius pars anterior βρέγμα, synciput [divisio]

dr: posterior ἰνίον scotis vocatur: media κορυφὴ; μεσοκράνιον, ἔλιγμός L. vertex dr. Lateralis partes κρόταφοι, κόρσαι, κόρραι L. tempora.

Vniversa caluaria partes alias continentes, alias contentas: continentium quasdam com̄es, quasdam propria. com̄es sunt pili, cutis, panniculus carnosus: propria, pericranium, ossa cranij & meninges dua, dura p tenuis. Contenta sunt cerebrum cerebellum & Neruis [capitis alia divisio] [com̄es propria] [propria] [contenta partes]

De partibus continentibus communibus ac primum de Pilis c. iiij

Pili θ. τρίχες partim cum aliis sunt συγγενικά, ut capitis, superciliorum & palpebrarum: vel ὑστερογενεῖς, ut pubis, alarum & menti. [Noā varia pilorum divisio]

Pilorum tota congeries κόμη, coma, λάχνη: in viris caesaries: in mulieribus coma: separatio a vertice ad frontem protensa est λύσωμα, λύσωσις L. discrimen, acquamentum. Cumul in fronte πρόκοτα: in occipite χαῖτα L. iuba, crines. [partis capillata divisio]

Primus eorum ortus in temporibus ἴουλος L. lanugo, radices pilorum nascentium ἴουθοι.

Pilorum materia duplex est ex qua & in qua. Materia pilorum causa

causa materialis — ex qua generantur pili excrementum est 3ᵃᵉ coctionis
Materia in qua cutis est moderatè sicca et rara:
Efficiens — Efficiens est calor moderatus: forma per accidens
formalis — tis quadam designatur colorum scil. figuram
et sic gltd: Color eorum praedominanti similis est:
finalis — finalis pilorum causa duplex est subtiorum par-
tium tutela, ornatus et fuliginum excretio./

De cuticula cute & panniculo carnoso capitis caput Quartum

De his lege c. 5. nota in cuticulam in capite crassiorem esse & cutem exquisito sensu non esse praeditam./

De partibus continentibus proprijs ac primum de Pericranio c. 6.ᵘᵐ

pericranium quid — Pericranium membrana est densa et solida nascitur a crassa meninge villorum beneficio quos per suturas emittit

observatio — Observa pericranium versus caluariam velari nisi qua parte temporalis musculus ortum ducit siquidem supra crotaphitum usque ad ossa jugalia./

De Cranio caput Sextum

Lege caput 6. 6. etc. l. sdi ubi de cranio abunde actum est./

De Membranis Cerebrum velantib. ac primum de dura meninge c. 7ᵘᵐ

Noᵃ varia — Cerebri membranae Arab. matres appellant & μήνιγγας

μήνιγγας Graeci. ἐπικρανίδας. Poll. ἐγκεφαλίδας.

Exterior membrana dura mater appellatur figura sua et magnitudine ossibus caluariae proportione respondet: basi caluariae adhaeret firmiter, inter quam partes sita est glandula pituitaria, alligatur ex annis et villorum interjectu, tenuij membranae committitur venarum intermedio. Reduplicatur in capitis vertice, cerebrum partem dextram a sinistra seiungit et ad dimidium tum cerebri pertingit, suaeque duplicatione falx dr. falx posterior parte quadruplicatur cerebrum a cerebello dirimit. *dura meningis figura, magnitudo* *connexio*

Inter hac durae meningis duplicaturas 4or sinus conspicui sunt qui vasorum loco sanguinem per cerebri substantiam effundunt ad ipsius nutritionem et spirituum animalium gignendorum: Ex his sinibus duo sunt laterales eorumque exortus est juxta magnum occipitis foramen, desinunt ad suturam lambdoidem proprium ubi coeunt ambo. Ex eorum coalitu 3us nascitur sinus, qui per sagittalem suturam longitudinem excurrit ad narium ossa fertur et torculae dr. 4us sinus omnium brevissimus inter cerebrum et cerebellum elatus, ad cerebri clunes finitur. *sinus cerebri quos dicunt vasa* *sinus duo laterales* *3us sinus* *4us sinus*

In cerebro et durae membranae venarum orificia deorsum spectant, arteriarum sursum.

Durae meningis usus multiplex est 1o ut cerebrum et spinalem medullam tegat atque ita ut ab extrinsecus irruentibus injurijs tueatur. *durae meningis usus 1o*

2o ut cerebrum in dextrum et laevum, in anticum et *2o*

posticum

posticam divinae:

3° 3° ut esset calvariam nutricaret vel vasa excipiat./

De Tenui meninge c. viij.

cur pia mater tenuis sit — Quia mater tenuis est ut esset cerebri sinuum insinuet: tum, ne gravitate sua cerebro sit molesta: tum etiam ut vasa per totum cerebri corpus deducat & dicitur χοροειδὴς s. secundina.

Haec membrana immediatum est cerebri velamen, per eius processiones omnes recessus penetrat: fitque etiam ventriculorum usque cerebri non a superioribus partibus sed ab inferioribus.

De Cerebri praestantia, situ, figura, magnitudine, substantia, temperie, motu, sensu & Usu cap. Nonum

cerebri praestantia — Cerebrum non modo sentiendi sedes & motuum προαιρετικῶν artifex est sed & sapientiae, mentis, judicij & cogitationum est domicilium cui omnia famulantur & cujus gratia totum corpus constructum est in editissimo loco situm est capitisque continentia

Situs — figura, magnitudo — figuram refert. Magnum est ob principum facultatum, quae maxime spiritum indigent copia varietate

Substantia — Cerebri substantia mollis est tum ut idolorum facilior fiat impressio: tum ut flexibilis magis sine noxa; alba est tum ratione materiae quae spermatica, tum ratione finis ut spiritus essent limpidissimi. frigidum est

temperies — cerebrum ne spiritus omnium tenuissimi tam cito evanescerent.

cerebri

Cerebri usus est ad interiorum sensuum et prin- cerebri usus
cipum facultatum functiones edendas et ad spiritus
animales parandos./

Movetur cerebrum motu naturali eoque tum proprio et motus cerebri
peculiari ad animales spiritus generandum, temperandum, motus cerebri usus
expurgandum: tum alieno cordis arteriarumque.
in diastole trahit e mirabili plexu spiritum e
naribus aerem: in systole interiores sensus
sinus coarctat et animales spiritus a superioribus
ventriculis in tertium quartumque, tum in sen-
suum organa profundit./

Sentit cerebrum ἐνεργητικῶς καὶ παθητικῶς Sensus

De singulis Cerebri partibus cap. X.

Cerebri partes duae sunt anterior et posterior. cerebri divisio
Anterior ἐγκέφαλον et cerebrum dicitur: posterior cere-
bellum. Cerebri portio superior κιρσοειδὴς et Var-
icosa dicitur: inferior τυλοειδὲς σῶμα aut callosum
corpus appellatur in quo duo sunt ventriculi
anteriores vocat Gal. sed melius superiores: figu- ventricul. figura
ram referunt auricula sua. Siti sunt in medio situs
cerebro. Omnium sunt amplissimi quod spiritum crassio-
rem continent et gemini ne uno laeso alterius cur gemini
functio animalis tam via intercipiatur. Eorum usus usus
triplex est ad spiritum animalem praeparandum. 2us ad 1us
inspirandum et expirandum. Utrumque fit plexus choroi- 2us
dis ope. 3us ad odores suscipiendos: et sic fit pro- 3us
cessuum mamillarium beneficio./

Plexus choroides siti sunt in superioribus ventriculis plexus choroidis situs

Sunt q̃

plexus choroides quid — Simulq(ue) venarum et arteriolarum textura labyrinthea, tenuissima membrana sursum ascendentes portiunculam comprehendentes, in quibus concoquitur attenuatur et praeparatur animalis spiritus

processus mammillares — Processus mammillares ab ima parte ventriculorum superiorum ad narium ossa cribri instar perforata feruntur, tenui hi velante membrana.

septum lucidum — Ventriculos hos superiores discludit septum lucidum, speculum lucidum s. lapis specularis.

Camera — Fornix s. testudo v. cupula ψαλλοειδὴς, vel ψαλιδοειδὲς καμάριον corpus est camerae modo constructum tribus quasi columnis suffultum et

usus camerae — tribus arcubus constans: cujus usus est ut cerebrum sustentet ne tertium ventriculum comprimat.

Tertius ventriculus quid sit — Tertius ventriculus sub camera situs est, estque aliud nihil quam duorum superiorum concursus et communis cavitas in quam uterque similiter sua sede dehiscit. Ex hoc ventriculo duo prodeunt

infundibulum — ductus: quorum alter ad cerebri basim descendit in cujus extremo portiuncula quaedam tenuis membrana, primum latior, deinde angustior infundibuli instar conspicitur quam πύελον, χοάνην et pelvim

infundibuli usus — et infundibulum vocant, per quod cerebri pituita

glandulae pituitariae situs et usus — transcolatur. Pelvi huic subjicitur glandula pituitaria quae cerebri superflua recipit et per cuneiformia foramina in palatum pedetentim instillat: ad latera apposita clinoidea plexus choroides apparet

S

s. rete mirabile Galeni;
Alter 3.i ventriculi ductus via est a 3.o ad 4.um 3.i ventriculi 2.us duct.
sinum, in qua plures sunt particulæ 1.o q. glan
dula pinea s. conarion cujus usus est ut fulciat conarij usus
venarum et arteriarum cerebri sic firmamentum
ut patet spatij aucti a 3.o in 4.um sinum aditus
Conario a tergo utrinq contigua sunt corpuscu
la quædam rotunda et duriuscula quæ γλουτια nates
s. nates vocantur sub quibus testes apparent testes
Horum usus est ut canalis tertij ventriculi in quorum fissura anus dr.
4.um efformetur.
Quartus sinus cerebello et spinali medullæ 4.us sinus
com̄. est Calami scriptorij aptati figuram re
fert quare calamum Herophilus appellat. in
principio 4.i sinus siti sunt processus vermiformes process. vermiformes
qui cerebelli non cerebri sunt particulæ meat
tum a 3.o in 4.um ventriculum servantes./

De Cerebello caput Undecimum.

Cerebellum G. παρεγκεφαλίδα, επεγκεφαλίδα et εγκ Noa varia
κρανον vocant, situm in occipitij cavitate, 4.r constat situs
partibus quarum duæ laterales sunt, duæ in me structura
dio constitutæ suntq processus vermiformes: quorũ
alter anterior, meatum a 3.o ad 4.um sinum apertum
retinet: alter posteriori parti spinali medullæ in-
cumbit et versus 4.um sinum reflectitur, quem aper
tum conservat./

De Spinali medulla caput duodecimum

Spinalis medulla G. μυελὸς ῥαχίτης partim à Noa varia
cerebro

divisio

Cerebro partim a cerebello oritur. dividiturq in eam quae est intra calvam et eam quae est extra calvariam: ab illa septem nervorum paria oriuntur per processus mammillares praecipua odoratus organa: ab hac vero tot nervorum paria oriuntur quae sunt vertebrarum foramina. partes hae medulla motum non sit systoles et diastoles in cerebri substantia./

Liber Undecimus

De faciei dignitate & partibus cap. 1.mum

Nom. varia faciei divisio

facies 6. πρόσωπον duabus constat partibus superiore et inferiore: superior, frons 6. vero μέτωπον dr: inferior facies dr.

Alia faciei divisio

Rursus faciei partes alia sunt continentes, contentae alia; continentium quaedam coes sunt quaedam propria. hae sunt musculi faciei et ossa moventes./

Sensus oes in facie locatos esse: eorumque tantum sim. & Luce sui visionis praestantia caput secundum

~~Vide~~ pag. 914./

De oculorum praestantia cap. Tertium

Vide pag. 916./

De oculorum structura in universum caput quartum

Noa varia signa

Oculi 6. ὄμματα, ὄψεις rotundi sunt sed aliquantulum oblongi

oblongi, ad capacitatem, robur et agilitatem. Siti sunt | Situs
in altissimo loco anteriori qua antrorsum monstrare
aal, in profundo ut tutiores essent et minor spirituum
fieret dissipatio. duo sunt ob necessitatem. Substantia | cur bini. Substantia
oculorum mollis, lubrica, splendens et pellucida
est ut celerius rerum omnium spectra, colores, imagi
nem exciperet. Oculi sunt temperamento frigido et humido | temperam
Committuntur cerebro per opticum nervum./ | commissio

De Singulis oculi partibus ac primum de musculis caput Quintum

De oculorum musculis actum est l. 6. c. 14.

De Tunicis oculorum caput Sextum

Oculorum tunicae sunt sex. 1a est ἐπιπεφυκώς l. | tunicarum numerus 1a
adnata, infirmior, candida, pinguis, consolidativa
album oculi et fundatur nascitur ab ultimis
pericranii ora, nec totum oculum tegit sed ad cir
culum desinit, quidam et σφενδόνην et γραμμὴν
χιλιοτέρην vocant: Cujus usus triplex est 1o | adnata tunica 1o
ne ossium duritie laedatur oculus. 2o ut capiti | usus 2o
cum motu oculum ne in violentis motibus separetur.
3o ut oculi musculos proprijs sedibus firmet./ | 3o

2a Tunica κερατοειδὴς et σκληρώδης cornea et | 2a tunica
dura dicitur oritur a crassa cerebri membrana optici | ortus
medullam ambiente totumque oculum circumdat: Va
sorum est quo cava sed aliter ab uvea mutuatur
Ejus duplex est usus 1o ut sit crystallini pro | usus 1o
pugnaculum. 2o ut tenuiores tunicas et sese omnes | 2o
complectatur./

3a tunica — Tertia tunica ῥαγοειδής, ῥώξ, χοροειδής dr.
ortus — Uvea oritur a tenui membrana, nervum opticum inve-
stiente, totum oculum ambit, nisi parte anteri-
ori, qua rotundo ac satis exiguo foramine per-
papilla quid — ua est, h. κόρη, γλήνη i. pupilla, pupula, nigru(m)
oculi, seu fenestra oculi dr. Sola haec inter oculi tuni-
usus 1. — cas, varie est colorata: cujus triplex est: 1o ut cry-
stallinum defendat, ne cornea laedatur duritie,
2. 3. — 2o ut reticulari seu corneae alimentum suggerat. 3o
ut colore nigro et caeruleo dissipatos spiritus re-
colligat, seu lucis externae splendorem refringat.

4a Tunica — Quarta ἀραχνοειδής aranea crystallinum
ambit immediate vitrea cava.

5a tunica — Quinta ἀμφιβληστροειδής, i. reticularis dr. orit(ur)
ortus — a medullari optici nervi substantia dilatata. haec
usus — visibiles species per totum oculum diffundit, seu spectra
s. species intentionales ad cerebrum defert.

6a Tunica — Sexta ὑαλοειδής i. vitrea dr. est processus quidam
ortus — choroidis crystallinum uvea alligans firmissi-
usus — me, sedem aqueum a vitreo secernit.

De Humoribus oculorum cap. septim.

Tres sunt in oculo humores: Aqueus, crystallinus &
Vitreus.

Noa varia — Aqueus humor h. ὑδατοειδής, λεπτός, καθαρός, ὠο-
situs — ειδής i. albugineus, tunica, aqueus. Situs est
usus — anteriore parte ut externi luminis splendorem affa-
tim irruentem quodammodo infringat: et crystalli-
num ne non uvea interiorem partem sua humo irriga-
ns a perpetuo motu exsiccentur.

crystallinus

Crystallinus s. glacialis hor, gutta, grando g. χρυσαλλοειδὴς ὑγρὸν, φακοειδὴς, δισκοειδὴς di sunt qui oculi centrum, alij oculi, speculum intr rius vocitent. Huius siquidem substa aqua est densa ... et crystallini modo concreta in frigi ac lidi ... et simulacra rerum, colorum ... ... et in colorum omnium sp... citissime excipiat. Situs est in medio oculi amplectitur anteriore parte albugi neo: posteriore vero vitreo veluti innatat./ — Noa varia — Substa — Situs

Vitreus hor g. ὑαλοειδὴς situs est posteriore parte, in crystallinum admittendi, propterea in medio concavus est. Huius sua triplex est usus 1us in crystallino altum praeparare. 2us in crystallinum a membranarum duritie tuetur. 3us in visibiles spiritus ad glacialem illustrandum continuat./ — Noa varia — Vitrei sunt triplex usus 1us, 2us, 3

De Caeteris oculi partibus, neruis, venis, arterijs, spiritibus, adipe, glandulis

Caput octauum

Oculorum nervi duo sunt optici et tertij motorum. De quorum actione ... c. xby. L. ... de illius ... l. c. xbj. — nervi

Venae sunt oculi et arteriae quamplurimae. — Venae, arteriae illae a jugularibus, hae a carotidibus.

Spiritus sunt visiles per nervos, animales, per venas, vi talis per arterias./ — Spirus

Adeps copiosus oculos oblinit, ne in perpetuis motibus aestuaret et exsiccaretur; — adeps

Carunculae s. glandulae duae sunt in anteriore an gulo sitae quarum usus est in ... a cerebro — situs et usus defluentem

de fluxibus excipiunt, oculos irrigant, et ad motum aptiores reddunt./

De Oculi externis partibus ac primum de palpebris caput Nonum.

Nomina varia — Palpebrae s. βλέφαρα, ὀμματόφυλα, καλύμματα et ἔλυτρα duo. Origo earum c. 4. l. 3. de earum musculis c. 9. l. 5.
palpebrarum extrema, quae dormientibus nobis in unum coeunt, Rufus χηλὰς et ungulas vocat.

De ciliis & Canthis seu angulis oculorum caput Decimum.

Nomina varia / Usus ciliorum — Pili palpebrarum cilia s. βλεφαρίδες, s. [illegible] ταρσοὶ duo. Quorum usus est ut visibiles species et radios ab oculis manantes dirigant et simul cum palpebris oculos ab extrinsecus occursantibus tueantur. Superioris palpebrae pili sursum versus inflectuntur, ne si recti essent umbram oculis inducerent: inferioris palpebrae cilia deorsum incurvantur./

Anguli oculorum divisio — Oculorum anguli s. κανθοὶ duo bini sunt: alter juxta tempora minor, externus, sylvestris s. τὸ παρώπιον, παρωπίον dicitur: alter juxta nares et magnus, internus, domesticus s. ἐγκανθίς, ῥανὶς et πηγὴ dicitur.

De Superciliis caput Undecimum

Nomina varia — Supercilia s. ὀφρύες, s. σκεπάσματα ὀμμάτιον duo. eorum pars naribus proxima ὀφρύων κεφαλὴ i. caput dicitur: pars ad tempora accedens ὄρια fines,

cauda

Cauda, spatium inter utrumque supercilium μεσόφρυον et μετώπιον l. intercilium et glabellum dr. superciliorum usus est ut oculos a sudore [illegible] prohibeant.

De Auditus organo ac primum de Aure externa quam Auriculam vocant caput Duodecimum

Aures l. ὦτα, ὦτα et ὦατα, ἀκοαί in sublimi loco sitae sunt quia sonum recipere debent. — Nom. varia situs

Auris duplex est externa et interna, externa auricula dr. semicircularis est cuius pars superior πτερύγωμα l. ala s. pinna, externa quae ambitur ab anteriori in inferiorem rotundus [illegible] et [illegible] gibbosus et cubiformis dr. Dimidium orbis s. semicirculus sub hoc ambitu rotundus et in [illegible] [illegible] [illegible] vocatur. — divisio

Concavum internum totum κόγχη et κογχίον conchula dr: cavitas juxta meatum auditorium in qua sordes colliguntur κυψέλη, alvearium dr. inferior pars pinguior et carnosa ab ala [illegible] λοβός vel lobus pendet et inferiorem et superiorem inferior προλόβιον superior ἀντιλόβιον dr. tota auricularum circumductio ἕλιξ vocatur. — lobi divisio

De Aure interna, quae verum est auditus organum caput decim. tertium

Auris interna et eius cavitatum descriptiones l. 2. c. 12. observa in 2ª auris cavitate dari quendam

ductum

ductum cartilaginium qui ad palatum fertur post valvulam et quia quod ab aure effluxit in ore in auribus demo remoretur non est super ductus usus est adire vernaculi expurgatio: tum ut aeri volubilius reciduti pateat per hanc viam aditus.

ductus auris ad os usus

glandulae

Sub auribus pone aures conspicuae sunt glandulae parotides dictae et cerebri emunctoria.

De organo odoratus caput XIV.

Nōa Varia

Nasus ὄ. ῥίς, μυκτήρ, μυξωτήρ, ῥώθων, dicitur multiplex est usus. 1 ut odorum spiritus ad cerebrum ferantur 2 ut aer ducatur tum ad pulmones tum ad cerebrum ad spiritus animales generandos 3 ad mucosam cerebri eluviem expurgandam 4 ad vocis formandam 5 ad ornatum.

usus 1 2 3 4 5

De nasi partibus aliis Lege c. 6. l. 3. et c. 14. l. 5.

Venae, arteriae nervi

Venae sub nasum a jugularibus: arteriae a carotidibus: nervos a 3a conjugatione

membrana duplex

Exterior membrana nasi cutis est adipe denudata; interior crassa est tum ut patula sint foramina nasi: tum ut lubrica sint in mucosa illuvie delapsa

Nasi extremitas ob rotunditatem σφαίριον dicitur, globulus, orbiculus: pili vero qui in naribus nascuntur vibrissae vocantur.

Nasi interni descriptio caput XV.

Nasi interni duae sunt partes os ethmoides de quo Lege c. 15. l. 2. et processus mamillares qui nervi sunt mollissimi a cerebro prodeuntes, membranis dura et tenui ut reliqui nervi non velati qui quia spiritu pleni sunt et vaporosi facile odorum species recipiunt du[n]que praecipua odoratus sunt organa.

processus mamillares quid

usus

de

De cæteris faciei partibus externis, Genis, Labijs, mento caput XVI iiij

Gena duplex superior & inferior, ἄνω καὶ κάτω γένυς Genæ diuisio
illius pars superior μῆλον dr. malum Hipp. χόνδος malum quid
προσώπου. Poll. qui 1o faciem vestiunt ἴουλοι: inferior Poll. faciei
mala pars γνάθος bucca dr. Locus sub naribus bucca
ad labium pertingens μύσαξ, et ὑπόρρινον: labij su-
perioris cauitas aut sulculus φίλτρον: in sua
parte Poll. 1o prominentem eius προγένειον sive
prolabium vocant duas regiones sunt Poll. μύσακες
Labia s. labra G. χείλεα duo sunt superius & Labia
inferius ἀνώχειλον et κατώχειλον: eorum prolabia qd
